Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384384-p0001-8
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384384-p0002-4

G. 30. num. 22. XXXIX. 12 1672, 11.

Q. B. V.

DISPUTATIO JURIDICA
DE

# ARBITRIS,

*Quam*

DIVINA ASPIRANTE GRATIA
*SUB PRÆSIDIO*

## DN. GERARDI von Stökken

U. J. D. ac Inſtitutionum Imperial.
Prof. P.

*Patroni & Præceptoris ſui pl. obſervandi,*
IN
ALMA ARGENTORATENSIUM
UNIVERSITATE
Solenniter defendet
JOH. GEORGIUS CASPAR,
Eslingenſis,
Die XIX. Decemb.
Anno N. C.
M. D. C. LXXII.

---

*ARGENTORATI,*
TYPIS JOHANNIS WELPERI.

KŒN. FRIED. UNIVERS. ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384384-p0003-9

C. B. D.

# DISPUTATIO JURIDICA DE ARBITRIS.

## THES. I.

ARbitrorum nomen in jure noſtro quadrifariam præcipuè ſumitur. Gl. in l. pen. ff. de recept. qui arbitr. l. ſocietatem. 76. §. 1. ff. pro ſoc. Ioh. Baptiſta Peruſinus, aliâs de S. Blaſio, uti Blancus eum appellat. (Br. quondam gener ſive potiùs pronepos) in Tr. de arbitriis & arbitramentis lib. 1. cap. 2. & 6. & quidem (1.) pro judice ordinario in l. quisquis. 6. C. de poſtul. §. 1. de Inſtit. de action. Fac. rubr. C. arbitr. tutel. l. ult. C. de ord. cognit. l. ſi quis. 7. C. unde vi l. cum hi. 8. in pr. & §. de calceario. 14. ff. de transact. l. Lucius. 24. ff. depoſ. l. 2. C. de inoff. donat. vid. inf. th. 4. (2.) pro delegato vel quaſi delegato in l. arbitro. 9. & l. ſeq. ff. qui ſatisd. cog. l. 1. C. de pedan. jud. l. 2. C. de ſentent. l. præcipimus. 32. §. noſtri. 6. C. de appellat. l. fin. ff. à quibus appell. non lic. l. cum proponas. 6. C. de reb. cred. l. apertiſſimi. 16. l. fin. C. de judic. (3.) pro domino ſive diſpenſatore rerum propriarum in l. in re 21. C. mand. fac. l. 1. ibi: cæleſte arbitrium. C. de ſumm. Trinit. l. ſed ſi. 17. §. ſi cum ſervus. 4. ff. de injur. & tandem (4.) pro compromiſſario; ſive is à partibus eligatur, ut judicii formam ſervet, ſive non: priori caſu arbiter in ſpecie, poſteriori arbitrator dici ſolet, de quibus in d. l. 76. §. 1. ff. pro ſoc. l. quid ergò 13. §. ex compromiſſo 5. ff. de his, qui not. infam. & t. t. ff. & C. de recept. arbitr. Add. infr. theſ. 26.

II.

Olim inter judices & arbitros datos maxima erat differentia. Nam cùm Prætores vel Præſides, non niſi certis in cauſis judicare tenerentur, vel ob rei magnitudinem. *arg. l. 2. §. 1. de Offic. ejus, cui mand. eſt juriſd. l. 1. ff. de Offic. Præf. urb. l. & eum. 6. ff. ad L. Iul. de vi publ. l. 1. C. de Offic. Prat. l. 1. §. 2. ff. de R. V. l. non diſtinguemus. 32. §. Iulianus. 6. & ſeq. ff. de recept. qui arbitr. vid infr. theſ. 18.* vel moræ periculum. *arg. l. 1. & 2. C. de interd.* vel rei favorem. *arg. t. t. ff. de var. & extraord. cognit. l. quod ſi. 24. §. fin. l. Æmilius. 38. ff. de minor. l. cùm hi. 8. pr. §. ſed nec. 18. ff. de transact. l. 1. §. 2. de reb. eor. qui ſub tut. l. minor. 39. pr. ff. de evict. l. voluit. 4. ff. de interrogat. l. Paulus. 42. ff. de re jud. Vid. Vult. lib. 1. diſceptat. ſcholaſt. cap. 1.* ex Senatoribus, Equitibus & Tribunis ærariis vel ex conventione vel ſorte eligebantur, conjectis in urnam tabellariis ſuffragiis ac judicum nominibus, qui ſecundum formulam præſcriptam judicarent. Quorum ii, qui ita formulæ adſtricti, ut ne latum quidem unguem ab eadem recedere poſſent, propriè judices; illi verò, qui ex æquo & bono ſecundum cujusque rei naturam definire poterant, magis arbitri appellabantur. Vid. latè *Guil. Budæus in Annotat. poſterior. ad l. munerum. 18. §. judicandi. 14. ff. de muner. & honor. Iac. Menoch. de arbitr. jud. lib. 1. quæſt. 2. n. 3. & ſeqq.*

III.

Ita namque *Cicero pro Qv. Roſcio Comœd.* Hic tu ſi amplius HS. numo petiiſti, quàm tibi debitum eſt, cauſam perdidiſti; propterea quòd aliud eſt judicium, aliud arbitrium; judicium eſt pecuniæ certæ, arbitrium incertæ; ad judicium hoc modo adimus, ut totam litem aut obtineamus aut amittamus; ad arbitrium hoc animo adimus, ut neque nihil, neque tantum, quantum poſtulavimus, conſequamur. Ejus rei ipſa verba formulæ teſtimonio ſunt: Quid eſt in judicio? aſperum, directum, ſimplex: SI PARET, HS. ꟾↃↃ DEBERI, hic niſi planum facit HS. ꟾↃↃ ad libellam ſibi deberi, cauſam perdit. Quid eſt in arbitrio? moderatum QUANTUM ÆQUIUS MELIUS SIT DARI. *Hæc d. l. Cicero. Add. Menoch. d. l. n. 14. & ſeq.* Faciunt verba *Senecæ lib. 3. de Beneſic.* Melior videtur conditio cauſæ bonæ, ſi ad judicem, quàm ad arbitrum mittatur: quia il-

lum formula includit & certos, quos non excedat, terminos ponit; hujus libera & nullis adſtricta vinculis religio & detrahere aliquid poteſt & adjicere, & ſententiam ſuam, non prout lex aut juſtitia ſuadet, ſed prout humanitas aut miſericordia impulit, regere. *Add. Carol. Sigon. lib. de jud. Roman. cap. 24. in fin.*

IV.

Et de his arbitris §. 1. *Inſtit. de action.* interpretari. *arg. l. à divo. 15. pr. ff. de re jud. l. L. Iulia. 7. in pr. ff ad L. Iul. repet. l. ad officium. 3. C. comm. divid. l. ut fundus. 18. ff. eod. l. pro ſocio. 38. ff. pro ſoc. l. arbitrum. 43. l. fin. ff. famil. hercisc.* malumus *cum Cujac. Weſembec. & Bach. ad d. §. 1. Inſt. de action. Bocer. claſſ. 6. diſp. 37. de arbitr. theſ. fin. Dn. Struv. in Syntagm. I. C. Exercit. 8. theſ. 96.* quàm cum *Gl. & Dd. ad d.* §. 1. de compromiſſariis; de quibus tamen potiſſimùm diſcurſus noſter inſtituetur. Definiri poſſunt, qui ex conventione partium eliguntur, ut ex compromiſſi formulâ controverſias dijudicent atque componant. *Add. Br. Quæſt. in materiâ arbitrorum cum Not. Iac. Lanfranchini n. 2. Lanfranc. de Oriano in Tr. de arbitr. part. 1. n. 1. Ioh. Bapt. d. l. lib. 1. cap. 3. & ſeq. M. Ant. Blancus, ICtus Patavinus, in Tr. de compromiſſis faciendis inter conjunctos ex ſtatutorum diſpoſitione &c. quæſt. 1. n. 29.* Quæ definitio, ut rectiùs conſtet, tùm de iis, qui arbitros conſtituere, *vid. th. 5. & ſeqq.* quique conſtitui, *theſ. 10. & ſeqq.* tùm de rebus, quæ in compromiſſum cadunt, *th. 17. & ſeqq.* tùm de modo conſtituendi ſive ipſo compromiſſo, *th. 20. & ſeqq. th. 29. & ſeqq.* in primis erimus ſolliciti; quibus cognitis, in promptu erit de officio arbitrorum & arbitratorum *theſ. 27. & ſeqq.* ut & effectu *theſ. 32. & ſeqq.* ubi *th. 40. & ſeqq.* de differentiâ inter arbitrum & judicem, modisque finiendi compromiſſum *th. 47. & ſeqq.* ſermocinari.

V.

De Perſonis prima cura eſſe debet. Nam etſi reliqua omnia benè ſeſe habeant, tamen ſi in perſonis defectus aliquis oriatur, ipſum arbitrium nullum erit. *arg. l. ſi quæramus. 4. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Conſtituere arbitros poſſunt omnes ii, qui liberam ſuarum rerum habent adminiſtrationem. *Dn. Struv. d. l. th. 98.* Cùm enim per compromiſſum licentia detur arbitris, de re alienâ aliquid diſponendi. *arg. l. non diſtinguemus. 32. §. de of-*

 *ficio.*

*ficio.15.ff.de recept.qui arbitr.Ioh.Bapt.d.l. de arbitr. & arbitram. lib. 2. cap.2.* & 4. perſpicuum eſt, id concedi ab iis minimè poſſe, qui rerum ſuarum arbitrium non habent. *arg. l. nemo.54.ff. de R. I.* Itaque prohibentur compromiſſum facere pupilli, furioſi, prodigi, muti, ſurdi & quilibet alii, qui rerum ſuarum adminiſtratione deſtituuntur. Tutores tamen & curatores eorum, cùm vice dominorum ſint. *arg. l. ad ea. 157. pr. ff. de R. I. l. interdum. 56. §. qui tutelam. 4. ff. de furt.* compromittere poſſunt. *l. ſi pupillus. 35. ff. de recept. qui arbitr. Gl. in l. tutoris. 15. l. Imperatores. 37. ff. de pact. junct. l. Præſes. 12. C. de transact. Ioh. Bapt. d. lib. 2. cap. 13. & ſeqq.*

VI.

Ut autem compromiſſum valeat de re immobili, requiritur decretum judicis. *l. non ſolum. 4. C. de præd. minor. ibique Gl. junct. l. cum hi. 8. §. ſi cum iis. 20. ff. de transact.* Ubi namque in contractu requiritur decretum, ibi etiam in diſtractu. Transactio autem & compromiſſum in jure æquiparantur. *arg. cap. per tuas. 9. ibi: compromittere poſſet vel tranſigere. extr. de arbitr. Hoſtienſ. in ſummâ de Arbitris tit. 44. §. de quâ re. in fin. Bl. in addit. ad Specul. de Arbitr. circ. pr. Lanfranc. d. l. part. 3. n. 1. & ſeqq. Ioh. Bapt. d. cap. 13. in fin. & cap. 15. n. 4. vid. infr. th. 32.* ſi ergò pupillus absque tutoris autoritate compromiſerit; arbitrium non tenet, ſi contra eum pronuncietur; præterquam ſi fidejuſſorem dederit. Nam tùm ipſe fidejuſſor eſt obligatus. *d. l. 35. ff. de recept. qui arbitr. junct. l. ſi pupillus. 127. ff. de V. O. l. fin. in pr. verſ. ſi verò. ff. de jurejur. l. ſtichum. 95. §. naturalis. 4. ff. de ſolut.* Minor tamen, curatorem non habens, compromittere quidem poteſt. *arg. l. 3. C. de in integ. reſtit.* at poſtmodum in ipſa litis diſcuſſione curator accedere debet. *arg. §. 2. Inſt. de Curat. l. 1. & tt. C. de in litem dand. tut. vel curat. l. 1. C. qui pet tut. Bl. d. l. verſ. Minor non habens. Lanfr. d. l. n. 4. & ſeqq.*

VII.

Procurator quoque compromiſſum facere nequit. *arg. l. transactionis. 7. C. de transact.* niſi habeat ſpeciale mandatum vel adminiſtrationem cum liberâ. *l. procuratores. 58. & l. ſeqq. ff. de procurat. l. jusjurandum. 17. §. 1. & 3. & ſeq. ff. de jurejur. l. reſcriptum. 10. & l. ſeqq. ff. de pact. l. non abſtulit. 4. C. de novat. cap.*

qui

*qui ad agendum.* 4. *de procur. in* 6. *d. cap.* 9. *in pr. extr. de arbitr.* vel ſit in rem ſuam. *d. l.* 17. §. 3. *de jurejur. l. ſed ſi.* 13. *ff. de pact. l. ſi ſe.* 4. *ff. de re iud. l.* 1. §. *in propria.* 11. & *ſeq. ff. quando appell. Ioh. Bapt. d. lib.* 2. *cap.* 15. Eodem modo Epiſcopi aliivè Prælati ſine conſenſu Capituli compromittere nequeunt. *arg. t. t. ext. de his, quæ fiunt à Prælat. Bocer. claſſ.* 6. *diſp.* 37. *th.* 8. Adminiſtratores tamen Civitatum ſine autoritate Conſilii generalis ſuper rebus civitatis dubiis compromittere poſſunt. *arg. l.* 17. *C. de tranſact. vid. Lanfranc. d. part.* 3. *de arbitr. n.* 7. & 10.

VIII.

Sed anné pater in adventitiis liberorum ritè compromittet? Ita dicendum, *arg. l.* 1. §. 1. *ibi: atque ita omnia agere &c. cum Gl. C. de bon. matern. junct. d. l.* 12. *C. de transact.* Quisquis enim adminiſtrationem habet à lege, eandem intelligitur cum liberâ habere, aliter atque ſi ab homine adminiſtrator ſit conſtitutus. Nam tùm cum liberâ poteſtate datus non creditur, niſi hoc addatur. *arg. l. quam Tuberonis.* 7. §. 1. *in fin. ff. de pecul. Bald. in d. l.* 12. *verſ. Venio ad quæſtionem. C. de transact.* ubi ex *Azone in ſumma tit. C. de bon. quæ lib. in med.* affert, poſſe patrem bona adventitia immobilia ob æs alienum liberorum alienare, etiam ſine decreto judicis. *Add. Lanfranc. d. l. n.* 9. *Ioh. Bapt. de arbitr. & arbitrament. lib.* 2. *cap.* 15. *in fin.* Sed & mulier, uti nec alios contractus, ita neque compromiſſum celebrare impeditur, modò ne fiat alieno nomine. *l. non diſtinguemus.* 32. §. 2. *ff. de recept. qui arbitr.* vel niſi juxta ſtatutum, duorum fortè cognatorum conſenſum in contractibus adhibere debeat. Nam tùm abſque horum conſenſu ad compromiſſum accedere nequit. *Lanfranc. d. part.* 3. *num.* 18.

IX.

Quid ſi emptor in re, quam bona fide poſſidebat & uſucapere poterat, venditore inſcio compromittat? an actio de evictione adverſus illum dabitur, ſi contra ſe lata fuerit ſententia? Minimè verò. Sibi namque imputet emptor, quod temerè & nulla neceſſitate cogente id fecerit. *l. ſi dictum.* 56. §. 1. *ff. de evict. junct. l.* 2. §. 1. *in fin. ff. de L. Rhod. de jact. vid. infr. th.* 41. *num.* 8. Quod ſi tamen probaverit, rem à venditore ex injuſtâ cauſa in ſe translatam, poſſe eundem agere ex empto ad pretii re-

 ſtitu-

ſtitutionem, verius eſt. *arg. l. ſi rem. 29. pr. ff. de evict.* Idem dicendum, ſi emptor ex forma ſtatuti compromiſſum feciſſet atque ita neceſſitate ductus, vel, ſi conſenſiſſet venditor aut ipſe compromiſſum ſuſcepiſſet. *Vid. Gl. in l. cum pœna. 38. in verb. nec ne. ff. de recept. qui arbitr. Specul. in tit. de arbitr. & arbitrat. §. poteſt. 2. in fin. Lanfranc. d. l. n. 11. Ioh. Bapt. d. lib. 2. cap. 16. n. 5.*

X.

Arbitri eſſe poſſunt, qui non prohibentur. *arg. l. mutus. 43. §. 1. ff. de procurat. l. 1. §. 1. ff. de teſtib. l. cùm Prætor. 12. pr. ff. de judic. l. nec non. 28. §. 2. ff. ex quib. cauſ. major. Specul. d. §. 2. in pr. Ioh. Bapt. d. l. lib. 4. in præfat. de arbitr. & arbitram. M. Ant. Blancus de compromiſſis quæſt. 2. num. 2. Treutl. vol. 1. diſp. 12. theſ. 6. lit. d.* Regulariter autem, qui judices eſſe nequeunt, neque arbitrium recipere poterunt. *arg. l. 1. l. quin etiam. 6. ff. de recept. qui arbitr. can. à judicibus. 32. cauſ. 2. quæſt. 6. Gothofred. ad d. l. 6. ff. h. t.* Ergò prohibentur & quidem naturâ, ſurdus, mutus, & perpetuò furioſus & impubes, quia judicio carent; moribus fœminæ & ſervi, non, quia non habent judicium, ſed quia receptum eſt, ut ne civilibus officiis fungantur. *d. l. 12. §. 2. ff. de judic. l. fin. C. de recept. arbitr. l. Pedius. 7. l. ſed ſi. 9. pr. ff. eod. can. 1. cauſ. 3. quæſt. 7. M. Ant. Blancus d. l. n. 27. & ſeqq.* Lege tamen, qui Senatu motus eſt, propter vitæ turpitudinem judex eſſe nequit. *d. l. 12. §. 2. ibiq; Gl. in l. 2. ff. de Senat.* quanquam arbiter eſſe queat. Parvi enim refert, ingenuus quis, an libertinus ſit, integræ famæ quis ſit arbiter, an ignominioſus. *d. l. 7. pr. de recept. qui arbitr. l. judæi. 8. C. de iudæ. & cœlic.* modò ſit major 25. annis. *l. cùm lege. 41. ff. h. t. Br. in quæſt. de arbitr. in pr. Blanc. d. l. n. 13. vid. infr. th. 53. n. 3.*

XI.

Sed quare furioſus, qui intervalla dilucida habet, judex eſſe poteſt, arbiter eſſe nequit? *arg. d. l. 9. junct. d. l. 12. & l. cùm furioſus. 39. ff. de judic.* ℞. *Gl. ad d. l. 39. in voc. adjicitur.* arbitrum non poſſe dilationes dare uti judicem: hunc enim jurisdictionem habere, illum minimè. *arg. l. ait Prætor. 5. pr. ff. de re iud.* Verùm & arbiter dilationes dare poterit. *arg. l. licet. 15. & ſeq. ff. de recept. qui arbitr.* unde dicendum potius, furioſum quoque arbitrum eſſe poſſe, ſi dilucida intervalla habeat. *Ioh.*

*Bapt.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384384-p0010-8

*Bapt. d. lib 4. cap. 14.* ſed anne Laicus in cauſis ſpiritualibus, ubi de iis compromitti poteſt, arbiter eſſe poterit? N. per *cap. contingit. 8. extr. de arbitr. cap. 2. extr. de judic. Fac. cap. lator. 5. extr. qui filii ſint legitim.* niſi fortaſſe Laico Clericus aſſociaretur & Superiorum conſenſus accederet. *cap. tuas. 9. extr. de arbitr.* aut ſi ipſe Laicus à ſummo Principe eſſet comprobatus. *Gl. in d. cap. 9. & in d. cap. 8. ext. de arbitr. Ioh. Bapt. d. lib. 4. cap. 15. & 17. Blancus d. quæſt. 2. n. 64.*

XII.

Et quidem mulieres ſuæ pudicitiæ memores & operum, quæ iis natura permiſit & à quibus eas juſſit abſtinere, licet ſummæ atque optimæ opinionis ſint, in ſe arbitrium ſuſcipere minimè poſſunt, & ne quidem Patronæ inter libertos ſuam interponere audientiam. *d. l. fin. C. de recept. arbitr. ibiq; Gothofred. can. 1. cauſ. 3. quæſt. 7. can. mulierem. 16. cauſ. 33. quæſt. 5.* Jure tamen Canonico fœminæ in dignitate exiſtentes, quæ juxta conſuetudinem adprobatam in ſubditos ordinariam jurisdictionem habere noſcuntur, arbitrari poſſunt. *cap. dilecti. 4. verſ. quia tamen. extra de arbitr. Ioh. Bapt. d. lib. 4. cap. 12. Blancus d. quæſt. 2. num. 34. & ſeqq. Gothofred. ad d. l. fin. Bocer. d. diſp. 37. th. 12.* ſed & jus civile de illis procul dubio arbitris intelligendum, qui formam judicii obſervare tenentur. *arg. d. l. fin. ibi: ab omni judiciali agmine. C. de recept. arbitr.* Unde rectè Dd. fœminam arbitratricem eſſe poſſe cenſent *in cap. Quintavallis. 23. extra de jurejur. Specul. d. l. de arbitr. & arbitrat. §. 2. circ. pr. Lanfranc. in* Tr. *de arbitr. part. 2. n. 2. & 3. Ioh. Bapt. d. cap. 12.*

XIII.

Neque Monachi vel Religioſi regulares arbitrorum officio fungi poſſunt. *arg. Clem. 1. ibi: nullo modo ſe litigioſis actibus immiſcere. de V. S. Gl. in d. l. Pedius. 7. §. 1. in verb. nullum. ff. de recept. qui arbitr. Specul. d. t. §. fin. num. 29.* niſi ex licentia Superiorum. *can. Monachi. 35. cauſ. 16. quæſt. 1. cap. fin. de teſtam. in 6. Ioh. Bapt. d. lib. 4. n. 1. in fin. M. Ant. Blancus d. l. n. 5.* Sacerdotes tamen minimè prohibentur. *l. non diſtinguemus. 32. §. Sacerdotio 4. ff. h. t.* multò minus Præpoſiti, Abbates, Epiſcopi. *arg. l. ſi qui ex conſenſu. 8. l. ſeq. C. de Epiſc. aud. cap. cùm de tempore. 5. extra de arbitr. cap. præſentata. 5. extra de teſtib. & atteſt. Specul. d.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384384-p0011-4

*cul. d. §. fin. num. 27. Ioh. Bapt. d. cap. 4. in med. Blancus d. l. n. 1. & ſeqq.*

XIV.

Multò magis autem illi poterunt eſſe arbitratores. Nam regula eſt, quòd, quicunque poſſit eſſe arbiter, idem quoque poſſit eſſe arbitrator; non vice verſa. *Specul. d. n. 27. Lanfranc. de arbitr. d. part. 2. n. 5. Ioh. Bapt. d. cap. 4. n. 2.* Omnes enim, qui jurisgentium communionem habent, arbitratores eſſe poſſunt; atque ita deportati. *arg. d. l. ex facto. 17. §. ſi quis. 6. ff. ad SCt. Trebell. Ioh. Bapt. d. lib. 4. cap. 5.* excommunicati. *arg. cap. veritatis. 8. in fin. ext. de dol. & contum. cap. Felicis. 5. verſ. verum. ext. de pœnis. Fac. cap. inter. 8. ext. de donat.* quippe qui deportatis æquiparantur. *cap. 1. hic finitur lex. 2. Feud. 28. Gl. in §. 2. in voc. interdictum. Inſt. de cap. dimin. Ioh. Bapt. d. lib. 4. cap. 6.* banniti. *arg. l. amiſſione. 5. §. 1. ff. de cap. minut. l. ſunt quidam. 17. §. 1. de pœn. Ioh. Bapt. d. l. capt. 7.* ubi id ad confinatos extendit, uti quoque ad damnatos ad perpetuos carceres, modò ad eos pateat aditus, *d. l. cap. 8.*

XV.

Sed quare L. Julia prohibuit judicem ejus rei, de quâ judex eſt, arbitrium recipere invè ſe compromitti jubere. *l. ſed et ſi. 9. §. 2. ff. de recept. qui arbitr.* ſunt, qui id vetari putant, ne judex litigantes ad arbitrium compellat: cujus rei ratio in promptu, quod, uti diximus, id utrinque ex conſenſu conſtituatur. *l. 3. §. 1. l. non diſtinguemus. 32. §. dies. 11. ff. de recept. qui arbitr. d. l. 8. C. de Epiſc. aud.* Verùm rectè *Gl. in d. §. 2.* non ſolùm ait, id prohiberi, ne inviti judicem arbitrum eligant, ſed etiam, ne ipſe volens à non invitis conſtituatur. Ratio hæc videtur, tùm ne jurisdictionem ſuam contemſiſſe putaretur; tùm maximè, ne poteſtate arbitri facilè abuteretur, eò quòd ab ejus ſententiâ neque appellari poſſet. *l. diem. 27. §. 2. ff. de recept. qui arbitr.* neque ipſa ad arbitrium boni viri reduci, quippe à judice, tanquam viro bono jam prolata. Accedit, quod judex hic, ut arbiter, à ſe ipſo cogi non poſſet ſententiam pronunciare. *arg. l. pen. ff. d. t.* uti aliâs arbiter cogi poteſt. *d. l. 3. §. 1. ff. eod. Vid. Gl. ad d. l. 9. §. 1. & Nov. 86. cap. 2. Hoſtienſ. in ſummâ lib. 1. tit. 44. de arbitr. n. 3. & 4. circ. fin. Lanfr. d. part. 2. de arbitr. n. 11. & ſeqq. M. Ant. Blancus de compromiſſis quæſt. 2. n. 41.*

XVI.

Fortè dici poſſet, quòd ſi judex arbiter eligeretur, ipſe aliis negotiis implicitus vix ſententiam maturare poſſet; cùm tamen ideò arbitria introducta, ut tantò citiùs lites finirentur. *arg. l. 1. l. 3. §. 1. l. non diſtinguemus. 32. §. quæſitum. 16. l. quamvis. 37. ff. de recept. qui arbitr. Vid. Specul. d. §. fin. num. 13. Ioh. Bapt. in Tr. de arbitr. & arbitram. lib. 1. c. 19. & fin. ubi propterea ſtatuto tolli poſſe negat. Donell. lib. 28 comm. cap. fin. circ. pr. add. infr. th. 23.* Enimverò minimè prohibetur judex eſſe arbiter, ſed tantùm in eâ causâ, quæ ad ejus forum ſpectat. *d. l. 9. §. 2. can. in judicibus. 32. cauſ. 2. quæſt. 6.* Unde rectè Dd. in aliis cauſis ejus arbitrium admittunt. *arg. l. 3. §. fin. & l. ſeq. l. & ſi qua. 16. §. 1. ff. h. t. Bocer. d. claſſ. 6. diſp. 37. th. 15. lit. b.* Quidquid ſit, communiter creditur, jus Canonicum à L. Juliâ receſſiſſe. *arg. cap. cùm tempore. 5. & cap. ex parte. 10. extra de arbitr. cap. literas. 14. extra de præſumt. Speculat. d. l. de arbitr. §. 2. n. 6. Bl. ibid. in Addit. verſ. Ordinarius cauſæ. M. Ant. Blancus d. l. num. 47.* Imò de generali conſuetudine aliter obſervari, quâ judices inquirere ſoleant, an partes velint concorditer agere, atque ita arbitrium in ſe recipiant, teſtatur *Gl. ad d. l. 9. §. 2. de recept. qui arbitr. Lanfranc. d. part. 2. n. 14.* ſed commodiùs illa de arbitratore ſive amicabili compoſitore accipientur; qualis judex ordinarius etiam jure civili eſſe poterit. *Gl. d. l. & in l. 1. §. & poſt. 9. ff. de N. O. N. Auth. ſi verò. C. de judic. Nov. 86. cap. 2. Specul. d. num. 6. Ioh. Bapt. d. lib. 4. cap. 11. Bachov. ad Treutl. vol. 1. diſp. 12. th. 6. lit. f. Carpzov. l. F. part. 1. conſtit. 1. def. 15. in fin.*

XVII.

Neque tamen in omnibus cauſis permiſſa ſunt arbitria. *cap. pen. extra de in integr. reſtit. Ioh. Bapt. de arbitr. & arbitram. lib. 3. in præfat.* ſed ſolùm in licitis, ubi de pecuniæ ſolutione vel præſtandis operis agitur. *l. non ex omnibus. 39. ff. de recept. qui arbitr.* idque compromiſſo ſit comprehenſum. *Vid. infr. th. 26. Lanfranc. de arbitr. part. 5. num. 14.* Unde arbiter de reconventione judicare nequit, *cap. cùm dilectus. 6. extra de arbitr. Lanfr. d. part. 5. n. 33. Ioh. Bapt. d. l. 9. c. 10. M. Ant. Blanc. de compromiſſu. quæſt. 4. num. 23. Gothofred. ad d. l. 32. §. de officio. 15. ff. d. t.* neq; de interventione tertii, *P. Frider. Mindan. lib. 3. de contin.*

*cauſ. cap.* 8. *n.*12. *adtit. de quib. cauſ. ad eund. jud. theſ.* 15. *C. I. A.* neque de compenſatione, niſi ex eadem causâ oriatur. *Bl. in Addit. ad Specul. de arbitr. verſ. item compromiſſa ſunt ſtricti juris. Lanfranc. d. l. part.* 7. *n.* 69. *M. Ant. Blanc. d. l. n.* 24. Prohibentur autem arbitria in cauſis criminalibus. *d. cap. pen. ext. de in integr. reſtit. d. l.* 32. §. *Iulianus.* 6. *ff. de recept. qui arbitr.* niſi in iis agatur civiliter. Nam tùm compromiſſum fieri, nihil vetat. *arg. l. quid ergò.* 13. §. *ex compromiſſo.* 5. *ibiq; Gl. ff. de his, qui not. infam. vid. Specul. d. t. de arbit.* §. *reſtat.* 3. *circ. pr. Hoſtienſ. d. l. n.* 5. *circ. pr. Ioh. Bapt. d. l. lib.* 3. *cap.* 10. *Blancus d. l. n.* 26. *Gothofred. ad d.* §. 6. *ff. h. t.* Ratio differentiæ, quòd per arbitria delinquens in præjudicium fiſci, cui pœna applicanda, cum læſo facilè componeretur, contra *l. illud convenire.* 5. *de pact. dot. l. qui cœtu.* 5. §. *fin. ff. ad L. Iul. de vi publ. l.* 2. *C. de abolit.* ubi verò litigantium utilitas in cauſa criminali vertitur, civilirer inſtituta, minimè compromiſſa reprobantur, quòd in hiſce juri ſuo renuntiare cuilibet ſit permiſſum. *l. pactum.* 46. *ff. de pact. l. quæritur.* 14. §. *pen. ff. de ædilit. edict. Vid. Lanfr. d. Tr. de arbitr. part.* 4. *n.* 3. *&* 4. *Treutl. vol.* 1. *diſp.* 12. *theſ.* 6. *lit. g.*

XVIII.

Idem dicendum de actionibus popularibus. *d. l.* 32. §. *de liberali cauſa.* 7. *in fin. ff. de recept. qui arbitr. Ioh. Bapt. d. lib.* 3. *cap.* 9. & præjudicialibus, ſi v. g. agatur de causâ ingenuitatis, libertinitatis, conditione adſcriptitiâ, filiatione &c. *d.* §. 7. *junct. l. cum proponas.* 6. *ibiq; Gl. C. de reb. cred.* quippe quæ majores judices deſiderant. *d.* §. 7. *d. cap. pen. extr. de integr. reſtit. l.* 2. *C. de ped. judic. l.* 1. *ibique Gothofr. l. cùm ſtatus.* 5. *C. de ord. cognit. l. jamdudum.* 5. *C. ubi cauſ. ſtat. l. pen. C. ne de ſtat. defunct. l. oratio.* 4. *ff. ſi quis ingen.* Idem quoque in cauſa Monachiſmi, matrimoniali aliaq; cauſa ſpirituali, ubi animæ periculum ſubeſt. *Gl. ad d.* §. 7. *in voc. idem dicendum. ff. de recept. qui arbitr. Hoſtienſ. d. n.* 5. *in med. Ioh. Bapt. d. lib.* 3. *cap.* 3. *& ſeqq. M. Ant. Blancus d. l. quæſt.* 4. *num.* 7. quin imò de qualibet causâ, ubi merum & mixtum imperium verſatur adeòque de reſtitutione in integrum. *arg. l. fin. verſ. ſed nequid. C. ubi & apud quem cognitio. in integr. &c. Gl. d. l. Specul. d. l.* §. *reſtat.* 3. *n.* 5. *Lanfr. part.* 4. *n.* 5. *& ſeqq. Ioh. Bapt. d. cap.* 3. *n.* 7. *&* 8. *M. Ant. Blancus d. l. n.* 10. *& ſeqq. Add. Wurmſer. tit.* 3. *obſ.* 3.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384384-p0014-0

XIX.

Sed anne quis in propriâ causâ arbiter eſſe poterit? Id apertè negat *l. pen. ff. de recept. qui arbitr.* additurque elegans ratio, quòd aliàs ſe facere juberet aut petere prohiberet; quod utrumque abſurdum. Neque enim imperare ſibi neque ſe prohibere quemquam poſſe. *d. l. pen.* ſubjungit *Gl.* verbum in imperativo modo non habere primam perſonam. Et tamen *Lanfranc. d. l. part. 2. n. 18. & ſeq.* veriorem putat hanc rationem, quòd judex in propria cauſa eſſe nequeat. *t. t. C. Ne quis in ſua cauſ. jud.* arbitria autem ad inſtar judiciorum eſſe redacta. *l. 1. ff. de recept. qui arbitr. l. rem non novam. 14. in pr. C. de judic.* cùm aliàs nemo in ſuâ cauſa poſſet eſſe arbitrator, contra *cap. Quintavallis. 23. ext. de jurejur.* Alii in propriâ quoque causâ arbitrari quempiam poſſe, probabiliter autumant; quos tamen, uti & *Lanfrancum d. l.* refutat *M. Ant. Blancus d. l. quæſt. 2. num. 52. & ſeqq.* Quibus poſitis rectè affirmatur, fidejuſſorem inter ſe & creditorem quidem minimè, inter illum autem & reum bene arbitrum eſſe poſſe. *vid. Lanfranc. d. part. 2. n. 28. & Blanc. d. l. n. 61.* Valet tamen hæc conventio, ſi offendam Titium & promittam me ſatisfacturum ad ipſius arbitrium. *arg. l. 1. in fin. de leg. 2. l. 3. C. de dot. promiſſ. Gl. in l. pen. ff. de recept. qui arbitr. Hoſtienſ. in d. ſummâ de arbitr. num. 6. circ. pr. Ioh. Bapt. de arbitr. lib. 4, cap. 16. in fin.* Patrem quoque in causâ filii vel contrà eſſe arbitrum, nihil impedit. *l. ſed & . 5. & l. ſeq. ff. de recept. qui arbitr. fac. l. in privatis. 77. ff. de judic. Specul. d. l. § 2. n. 7. Ioh. Bapt. d. cap. 16.*

XX.

Arbitrii forma & ſubſtantia ab ipſo compromiſſo (quod interdum impropriè pro ipsâ ſententia arbitri ſumitur *in l. 1. ff. de recept. qui arbit. l. rem non novam. 14. in pr. C. d. judic. Lanfranc. de arbitr. part. 1. n. 24. Bocer. claſſ. 6. diſp. 37. th. 5.*) dependet. *l. non diſtinguemus. 32. §. de officio. 15. & §. item ſi. 17. l. litigatores. 11. §. 1. l. quid tamen. 21. §. plenum. 6. ff. h. t.* in quo requiritur (1.) ut inter ipſos diſceptantes, qui compromittere poſſunt, de certa formula conveniat. *arg. d. l. 32. §. dies. 11. cap. 1. & cap. cùm tempore. 5. ibi: fide hinc inde data. ext. de arbitr. 2. Feud. 15. ibi: arbitrum utriusq; conſenſu electum. Bocer. d. th. 5.* (2.)

 ut

ut arbiter vel arbitri compromiſſum recipiant. *Ioh. Bapt. d. l. de arbitr. lib. 5. cap. 1. & ſeqq. Dn. Struv. in Syntagm. I.C. exercit. 8. th. 101.* Neminem namque cogit Prætor arbitrium recipere, quoniam hæc res eſt libera & abſoluta & extra neceſſitatem jurisdictionis poſita. *l. 1. §. 1. ff. h. t.* aliter atque in judice, quippe qui invitus cogi poteſt. *arg. l. fin. §. judicandi 14. ff. de muner. & honor. l. pen. §. 2. ff. de vacat. muner. Hillig. ad Donell. l. 28. cap. fin. lit. a. Bocer. claſſ. 6. diſp. 37. th. 1. lit. e. Fac. R. I. de ann. 1594. §.* Als auch der Compromiß halben. 70. *ibi*: jedoch mit Cammer-Richter und Beysitzer gutem freyen willen. *Dn. Blum. in Proceſ. Cam. tit. 38. th. 2.* Hinc *in Reform. Nor. part. 1. tit. 9. leg. 2. pr.* Es iſt niemand ſchuldig wider ſeinen willen ſich mit dem Schiedrichter-Ampt oder Obmanſchafft zu beladen. *ap. P. Matth. Wehner. Obſ. Pract. lit. o. in voc.* Obmann/ Obmanſchafft. Ubi tamen ſemel quis arbitrium in ſe receperit, ad curam & ſolicitudiné ſuam hanc rem Prætor pertinere putat, non tantùm, quòd ſtudeat lites finire; verùm etiam; quia non debeant decipi, qui eum quaſi virum bonum diſceptatorem inter ſe elegerunt. Finge enim poſt cauſam jam ſemel atque iterum tractatam, poſt nudata utriusque intima & ſecreta negotii aperta, arbitrum vel gratiæ dantem vel ſordibus corruptum vel aliâ ex cauſa nolle ſententiam dicere: quis negabit, æquiſſimum eſſe, ut Prætor ſe interponat cogatque arbitrum, quod in ſe receperit officium, implere? uti nervosè Ulpianus *in d. l. 3. §. 1. ff. de recept. qui arbitr. Fac. l. quid tamen. 21. §. ſi quis. 9. ff. eod. l. ſi merces. 25. pr. ff. locat. §. 1. Inſt. de empt. & vend. Vid. Gl. in can. ſicut enim. 29. in voc. uſum. cauſ. 11. quæſt. 1.* ubi dicit, *peccare quem non recipiendo arbitrium, ut partes componat. Ioh. Baptiſt. d. lib. 5. in præfat. & cap. 3. Add. Hillig. d. lit. a.*

XXI.

Sed quisnam adeundus erit judex, qui arbitros detrectantes fortè ſententiam dicere coget? Certè ordinarius ipſorum arbitrorum. *arg. d. l. 3. §. 1. ff. de recept. qui arbitr. Speculat. in tit. de arbitr. §. ſequitur. 7. num. 13.* Quid? ſi illi ſint ſub diverſorum jurisdictione, alter Narbonenſis, alter Bituricenſis? alter Peruſinus, alter Florentinus? alter Clericus, alter Laicus? ℞. Utrinque judices erunt adeundi. *arg. l. juriſperitos. 30. §. 1. ff. de excuſat. tut. cap. cùm illorum. 32. verſ. ſi verò. extra de ſentent. ex-*

com-

*communic.* petendumque, ut ſimul conveniant arbitroſque cogant. *Speculat.d.l.n.*14. *Ioh.Bapt.d.l.lib.*5.*cap.*7.& 11. Coguntur autem vel captis pignoribus aut mulctæ irrogatione. *arg.* §. *pen. Inſt. de ſatud. tut. l.*1. §.3. *in fin. ff. de inſpicend. vent. l.* 3.§.1. *ff. de reb. eorum.qui ſub tut. l. dies.*4. §. 2. *ff. de damn. infect. l. ſacrilegi.*9. §. *fin. ff. ad L. Iul. pecul. junct. l. hujusmodi.* 84. §. *fin. ff. de leg.*1. *l. ſi quis.*9. *ff. de mun. & honor. Specul. d. n.*14. *Bocer. claſſ.* 6. *diſp.*37. *th.* 42. *C.I.A.h. th.* 28. vel detinendo in carcere alióque certo loco, denegando illis victum vel excommunicando &c. *Ioh.Bapt. d.cap.* 11. *Gothofr. ad l.fin.in fin.ff.Quod met. cauſ.*

XXII.

Antequam igitur compromiſſum recipiant arbitri electi, partes id non ligat, adeoque pro lubitu ab eo recedere poſſunt. *arg. l. ſi convenerit.* 18. *ff. de jurisd. l. ſi quis rem.*30. *ff. de recept. qui arbitr. Gl. in l.fin. in voc.locum habere. C.de contrah. empt. vid. infr.th fin. Add.Ioh.Bapt.d.lib.*5 *cap.*1.& 2. & *lib.* 13. *cap.*3.*in fin.*ubi ait, *primum compromiſſum videri tacitè revocatum, ſi poſtea partes in alium compromittant.* Unde tempus in compromiſſo adjectum, intra quod ſententia fieri debet, non currit, niſi à die acceptationis. *arg. l. ſi in diem.*46. *ff. de condit. & demonſtr.* niſi fortè partes ex negligentiâ terminum exſpirare patiantur, antequam arbitro vel arbitratori notificent, compromiſſum eſſe factum. *arg. l. fin.* §. 1. *C. commun. de leg. fac. cap. plerumque.*23. *in fin. ext. de reſcript. Ioh. Bapt. d. lib.*13. *cap.* 4. Recipere autem videtur, non quidem is, qui hactenus intervenit, ut experiatur, an partes conſilio ſuo vel authoritate diſcuti litem patiantur; ſed qui judicis partes ſuſcepit finemque ſententiâ ſuâ controverſiis impoſiturum, pollicetur. *l. Pomponius ait.* 13. §. 2. *ff. de recept. qui arbitr. C. I.A. ad d. tit. th.*27. In dubio autem, ubi ex inſtrumento non apparet, compromiſſum eſſe receptum, præſumitur arbiter vel arbitrator id acceptaſſe, ſi apud acta eligatur, neque contradicat. *arg. l. cùm oſtendimus.* 4. *in fin. ibiq; Gl. in voc. jure legitimo. ff. de fidejuſſ. & nominat.* aut ſi inſtrumentum compromiſſi acceptet abſque proteſtatione. *arg. l. ſi filiusf.* 16. *ff. ad SCt. Maced. Clem.* 1. *de procurat.* aut ſi aliàs ſit conjuncta perſona. *arg. l. in ſponſalibus.* 7. §. 1. *ff. de ſponſal. l. ſed & hæ.*35. *pr. ibiq; Gl. in voc. liberi & liberti. ff. de procurat. l.* 3. § 3. *ff. judic. ſolvi. vid.*

*Bl. in Addit. ad Specul. de arbitr. verſ. ſi quis eſt arbiter. Lanfranc. d. Tr. de arbitr. part. 1. n. 15. & ſeqq. Ioh. Bapt. d. lib. 5. cap. 3.*

XXIII.

Convento illa partium vel fit ex nudo pacto, à Prætore tamen confirmato. *arg. d. l. 3. §. 1. l. litigatores. 11. §. interdum. 3. ff. de recept. qui arbitr. Fac. l. 3. §. ſi ſervus. 8. ff. de pecul. Ioh. Bapt. d. l. de arbitr. & arbitram. lib. 1. cap. 7. & lib. 6. cap. 7. & 10. Add. Bocer. claſſ. 6. diſp. 37. th. 24. Bachov. ad Treutl. vol. 1. diſp. 12. th. 5. lit. b. verſ. Ex ſententiâ.* vel etiam per ſtipulationem idque vel ſimpliciter ſine, vel ſub certâ pœnâ. *Specul. tit. de arbitr. §. fin. n. 34. verſ. Ad hujus. Ioh. Baptiſt. d. lib. 6. cap. 8.* Poſteriori caſu ex ſententiâ arbitri actio non naſcitur, ſed pœna tantùm peti poteſt. *l. 2. ff. de recept. qui arbitr. add. infr. th. 40.* Imò ſi ſimpliciter ſit promiſſum, ſententiæ ſtari, ſi alter poſteà retractet, v. g. ſi prohibeat arbitrum ſententiam dicere, incerti actio dabitur ad intereſſe. *l. diem. 27. §. fin. l. ſi quis. 30 ff. d. t. Gl. ad d. l. 2. Fac. cap. per tuas. 9. verſ. Et quidem. ext. de arbitr. Specul. d. n. 34. Bocer. d. l. th. 22. & ſeq.* Unde conſtat, quid ſentiendum de eo, quod ſimplex compromiſſum majoris eſſe efficaciæ, quàm pœnâ vallatum ſtatuat *Lanfrancus d. part. 1. n. 22.* Interdum tamen (aliter atque jure communi. *Wurmſer. tit. 3. obſ. 1.*) etiam invitus quis arbitros eligere cogitur, ex formâ ſtatutorum, qualia paſſim in Italiâ, ſecundum quæ, ſi lis oriatur inter conjunctas perſonas, per arbitros illa componenda. *Vid. Lanfranc. d. part. 1. n. 13. & part. 7. num. 38. 55. 94. & 110. Ioh. Bapt. d. lib. 5. cap. 10.* optimo conſilio, ne ſcilicet conſanguinei diu litigent aut expenſis nimiùm fatigentur. *Lanfranc. d. part. 7. n. 108. Ioh. Bapt. d. l. & lib. 1. cap. 10. M. Ant. Blanc. de compromiſſis quæſt. 1. per tot.* Etſi autem inviti arbitros eligere coguntur, ſponte tamen hunc vel illum eligunt. *Lanfranc. d. part. 1. num. 13. Blanc. d. quæſt. 1. num. 3.*

XXIV.

Q. Si per ſtatuta arbitri eligendi, an id fieri poſſit in perſonis vel cauſis illicitis? N. ſtatuta namque à jure civili interpretationem recipiunt. *arg. l. 2. C. de noxal. act. l. ut gradatim. 11. §. 1. ff. de muner. & honor. cap. cùm libertus. 8. verſ. Cæterùm. ext. de conſuetud. Ioh. Bapt. d. lib. 5. cap. 12.* Q. an ſtatuta illa obtineant,

tineant, ſi incidenter controverſia inter conſanguineos oriatur? v. g. Titius vendidit Sempronio fundum & tradidit: Cajus Titii frater eundem vindicat à Sempronio. Hic Titium citat ad defenſionem. An ergò Titius petere poterit compromiſſum ex forma ſtatuti? *Affirmat Ioh. Bapt. d. l.* Sed & jure civili in certis caſibus adeundi ſunt arbitri. *vid. Ioh. Bapt. d. lib. 3. cap. 19.* ut ſi judex recuſetur tanquam ſuſpectus, arbitri electi de causâ ſuſpicionis cognoſcunt. *l. apertiſſimi. 10. l. fin. C. de judic. cap. cùm ſpeciali litem. 61. pr. extra de appell.* Idem eſt, ſi Epiſcopus vel Superior litem intendat contra ſubditum. *can. ſi clericus. 45. cauſ. 11. quæſt. 1. Wurmſer. d. l. n. 3.* Si Delegatus Principis in loco inſigni, ubi peritorum copia ſit, cauſam ventilare debeat, inter partes autem de ejus modi loco diſceptetur. *arg. cap. ſtatutum. 11. in pr. verſ. ſancimus ibiq; Gl. de reſcript. in 6.* Si teſtator inter cohæredes vel legatarios compromiſſarium conſtituat. *arg. l. 1. ff. de leg. 2. l. fideicommiſſa. 11. §. quanquam. 7. ff. de leg. 3. l. nulli. 28. §. 1. C. de Epiſc. & Cleric. l. fin. §. 1. C. commun. de legat.* quem hæreditatem adeundo vel legata agnoſcendo comprobare videntur. *arg. l. un. §. his ita. 10. verſ. in his. C. de caduc. toll. l. id tempus. 14 §. 1. ff. de uſurp. & uſucap. Ioh. Bapt. d. l. lib. 1. cap. 9.* Si duo ſuper eadem causâ impetrantur reſcripta, alterum ab actore, alterum à reo & dubitetur an per ſecundum dicatur primum revocatum; tunc ſuper hoc cognoſcent arbitri. *cap. paſtoralis. 14. ext. de reſcript. Wurmſer. d. tit. 3. Obſ. 4. n. 2.*

XXV.

Ita & arbitrorum neceſſarius eſt uſus, ſi dubitetur, an fidejuſſor judicio ſiſti ſit idoneus. *arg. l. arbiter 9. & l. ſeq. ff. qui ſatisd. cog. l. 2. ff. à quib. appell. non lic. Bocer. claſſ. 6. diſp. 37. th. 90.* Si dubitetur an mulier ſit prægnans; nam tùm obſtetrices arbitræ erunt. *l. 1. pr. ff. de inſpic. ventr.* Si dubitetur de menſurâ fundi, ædificii, frumenti, vini, itineris aut de veritate computationum. *arg. l. fin. & t. t. ff. ſi menſ. falſ. mod.* tùm enim menſor vel architectus aut tabularius vel à litigantibus eligi ſolet. *arg. l. ſed & 4. §. 1. ff. fin. regund.* vel à judice decerni. *l. ſi irruptione. 8. §. 1. ff. eod. junct. d. l. fin. ff. ſi menſ. falſ. mod. l. ſi quis. 5. §. pen. ff. de agnoſcend. & al. lib. l. illud. 7. §. 1. ff. de tribut. act. Fac. Nov. 7. cap. 3. §. 2. verſ. Quod. autem. Capoll. cautel. 191. al. 143.*

*al.* 143. *&* 284. *al.* 221. *n.* 2. *Bocer. d. l.* Quod ſi falſa renuntiatio facta, officium judicis implorari poterit, ut per peritiores in arte illâ error emendetur. *Gothofred. ad l. ſi menſor.* 5. *in pr. ff. ſi menſ. falſ. mod.* Si dubitetur de vulnere, an lethale ſit, per Medicos id explorandum. *arg. l. ſemel.* 6. *ibiq́; Gothofred. C. de re milit. lib. XII. cap. ſignificaſti.* 18. *verſ. Et quidem. ext. de homicid.* Si dubitetur de alluvione factâ, per ruſticos res erit definienda. *arg. d. Nov.* 7. *cap.* 3. §. 2. *verſ. Quod autem. Gl. in §. præterea.* 20. *in voc. longiore. Inſtit. d. R. D.* ſi rerum, in quibus uſusfructus eſt, æſtimatio ſit peragenda. *arg. l. hac edictali.* 6. §. 1. *verſ. Mobilium C. de ſecund. nupt.* & tandem in genere, ſi aliquid pendente judicio contingat, in quo judex non ſit ſatis informatus, id prius per artis peritos expediendum erit. *Vid. Ioh. Bapt. d. lib.* 3. *cap.* 19. *& lib.* 5. *cap.* 9. ubi *in hanc rem dari* ait *implorationem officii judicis. Add. Cœpoll. cautel.* 47. *al.* 23. *& cautel.* 309. *al.* 244. *Carpzov. I. F. part.* 3. *conſtit.* 11. *defin.* 30. *in fin.*

XXVI.

Quia verò, uti dictum, omnis poteſtas arbitrorum ex ipſo compromiſſo ſumenda, ejusque forma accuratè obſervanda. *Br. in quæſtion de arbitr. ibiq́; Lanfranchin. num.* 8. *Lanfr. d. l. de arbitr. part.* 7. *num.* 2. *Gail. lib.* 1. *obſ.* 150. *num.* 7. *Hartm. Hartm. tit.* 2. *obſ.* 2. *n.* 1. *&* 2. *Bocer. claſſ.* 6. *diſp.* 37. *theſ.* 55. Neque enim aliud illis licebit, quàm quod eo, ut efficere poſſint, cautum eſt: neque quodlibet ſtatuere poterunt, nec in re qualibet, niſi de qua compromiſſum eſt & quatenus compromiſſum eſt. *d. l.* 32. §. 15. *ff. de recept. qui arbitr. cap. dilectus.* 6. *ext. eod. Ioh. Bapt. d. l. lib.* 6. *cap.* 15. ideò ſi in compromiſſo dicatur, ut arbiter juris ordinem ſervet, vel etiam, ut pro arbitrio absque figura judicis controverſiam definiat, ea omnia meritò attendi debent. Illum Dd. *arbitrum* in ſpecie appellant, hunc verò *arbitratorem. Gl. in l. Pedius.* 7. §. 1. *in voc. nullum ſit. in l. ſed et ſi.* 9. *in voc. invè ſe. in fin. in l. Pomponius.* 13. §. 2. *in voc. recepiſſe. in l. pen. in voc. imperare. ff. de recept. qui arbitr. in l.* 1. §. *& poſt.* 9. *in voc. committunt. ff. de N. O. N. in l. illa verba.* 68. *in voc. & in ſervum. ff. de V. S. in Auth. ſi verò. in voc. compoſitionē. C. de judic. in Nov.* 86. *cap.* 2. *in voc. conventum. Br. in quæſt. de arbitr. n.* 2. *&* 23. *Bl. in Addit. ad Specul. circ. pr. Lanfranc. de Oriano d. l. de arbitr. part.* 1. *n.* 1. 2. *& seqq. P. Iacobus de Montepeſſulano*

lano de arbitr. & arbitrat. num. 6. & 7. Hartm. Hartm. d. l. obſ. 1. n. 4. & ſeq. Gail. d. l. num. 4. Treutl. vol. 1. diſp. 12. theſ. 4. lit. b. & f. Bocer. claſſ. 6. diſp. 37. th. 94. Gothofred. ad l. ſocietatem. 76. ff. pro ſoc. C. I. A. ad tit. ff. de recept. qui arbitr. th. 78. quanquam in jure voces illæ promiſcuè uſurpentur, uti apparet ex d. l. 68. ff. de V. S. l. item ſi. 17. §. ſed ſi. 4. l. non diſtinguemus. 32. §. quæſitum. 16. in fin. l. inter. 44. ff. de recept. qui arbitr. l. cum hi. 8. in pr. & §. de calcıario. 14. & arbitratu. 16. ff. de transact. l. qui reſtituere. 68. in fin. ff. de R. V. d. l. 76. §. 1. ff. pro ſoc. l. fideicommiſſa. 11. §. quanquam. 7. ff. de leg. 3. l. ſi finita. 15. in pr. ff. de damn. infect. l. ſi quis. 43. ff. de V. O. & paſſim. & ipſa Gl. fatetur in d. l. 7. §. 1. ff. de recept. qui arbitr. Add. Ioh. Bapt. de arbitr. & arbitram. lib. 1. cap. 6. Unde in dubio, quod de arbitro dicitur, de arbitratore quoque erit accipiendum, vel contrà. Hartm. Hartm. d. obſ. 1. in pr. Gail. d. obſ. 150. n. 1. Ille Germanis eſt, ein Schieds-Richter/ veranlaßter Richter / Willkührlicher Richter ; hic verò ein Schiedsmann / gütlicher Unterhändler / Vergleichsmann / appellari ſolet. P. Matth. Wehner. Pract. Obſervat. lit. O. in voc. Obmann/ Obmannſchafft. Beſold. in diſput. de proceſſ. judiciar. cap. 2. th. 6. ibique in Addit. lit. o o. Speidel. in Theſaur. Pract. in voc. Schiedsmänner. Dn. Struv. Syntagm. I. C. Exercit. 8. th. 96.

XXVII.

Arbiter itaque judicii civilis formam ſervat. arg. l. 1. ff. de recept. qui arbitr. l. rem non novam. 14. in pr. C. de judic. Gail. d. l. num. 4. Hartm. d. l. num. 4. Treutl. d. th. 4. lit. g. arbitrator minimè. Br. in quæſtion. de arbitr. n. 23. Lanfranc. d. l. part. 1. num. 2. & part. 7. num. 6. 8. 40. 63. & 79. P. Iacobus d. l. n. 1. 2. & fin. Ioh. Bapt. d. l. lib. 1. cap. 3. & lib. 8. cap. 7. & lib. 11. cap. 2. Gothofred. ad. l. 76. ff. pro ſoc. quanquam ordinem juris gentium ſervare debeat. arg. Clem. 2. d. V. S. Hoſtienſ. in ſumm. tit. de arbitr. 44. §. Qualiter ad effectum. num. 9. Lanfranc. d. part. 7. n. 63. & 89. Ioh. Bapt. d. l. lib. 10. cap. 10 num 2. & cap. 17. in fin. & lib. 11. cap 2. Extrinſeca namque ſolennitas in eo non requiritur, ſed tantùm veritas & æquitas. Bl. in l. fin. C. de contrah. empt. verſ. Tertiò quæro. & in Addit. ad Specul. de arbitr. verſ. Tertiò minimo modo. in arduis tamen cauſis rectiùs arbitratores faciunt, ſi ordinem judiciarium ſervent. Ioh. Bapt. d. l. lib. 11. cap. 2. (2.) arbiter par-





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384384-p0021-9

tes citare debet, arbitrator non item. *Bl.d.l. in Addit.verſ. An valeat ſententia. Lanfranc. d. part.1.n.11. Add.Ioh. Bapt. d.cap.10. num.3. & lib.11.cap.6.& 15.* (3.) in arbitro, ubi terminus non eſt adjectus in compromiſſo, requiritur citatio peremptoria; *arg. cap. ſæpè.44.verſ. Quia tamen. ext. de appellat.* in arbitratore non item, ſed ſufficit una citatio. *arg. Clem.2. verſ. Sententiam. de V. S. Bl. in Auth. Ei, qui. verſ. Quæro nunquid abſens. C. de tempor. appell.Lanfr. d. part. 7.n. 90.* (4.) apud arbitrum porrigitur libellus, lis conteſtatur, juratur de calumnia &c. *Specul. tit. de arbitr. §.fin.n.9.Ioh.Bapt. d.l.lib.9.cap.3.4.8.11.& ſeqq. Bocer.claſſ. 6.diſp. 37.th. 52. add. infr. theſ. 40.& ſeq.* apud arbitratorem minimè. *Gl. ad d.l.9. §.2.ff. de recept. qui arbitr. Lanfranc.d. part.7.num.3. Add. Ioh. Bapt. d. cap. 10. n.10. & ſeq.junct. lib.11.cap.4.* (5.) arbiter ſententiam ferre non poteſt partibus abſentibus. *l. diem. 27.§.ſi quis. 4.ff. d. t.* arbitrator poteſt, modò partes plenè audierit. *Lanfranc. d.l. part.5.n.18.20.& 22.* (6.) arbiter die, feriato in honorem DEI, pronuntiare non poteſt. *arg.l.ſi feriatis.36.ibiq; Gl ff.d.t.l.omnes.7.C.de fer.Ioh.Bapt.d.lib.9.cap.9.* adeò, ut ne quidem partes eam ſententiam poſſint ratam habere. *Lanfranc. d.l. part.7.n.71.*arbitrator poteſt.*arg.l.fin.C.d.t.Speculat. d.§.fin.n.79. & ſeq. Bl.ibid.in Addit.d.verſ. An valeat.Lanfranc.d.l.part.5.n.19. &22.& d.part.7.n.7.Petr.Iacob.d.l.in fin. Add. Ioh.Bapt.d.cap.10. n.9. & lib.11.cap.10.* (7.) arbiter ſedens & in ſcripto ſententiam dicet. *Ioh. Bapt. d. lib. 9.cap.15. n. 19.* arbitrator minimè. *Lanfr. d. part. 7.n.3. 5.40. & 43. P. Iacob.d.l.n.15.* (8.) arbiter ſi ſemel nulliter pronunciavit, iterum pronunciare non poteſt. *arg.l.qualem. 19. in fin. & l.ſeq.ff. de recept. qui arbitr. Ioh. Bapt. d. lib. 9. cap.15.n.14.& ſeqq. Wurmſer. tit.3. obſ. 7. vid infr. th.35.* arbitrator poteſt. *Lanfr.d.part.7.n.2. Add.Ioh.Bapt.d.l.lib.11.cap.16.n.8.*

XXVIII.

(9.) Arbiter magis judex eſt, ejusq; partes ſuſcipit.*l.Pomponius. 13.§.2.ff.l pen.in fin.C.h.t.Nov.82.cap.11.arbitr.*arbitrator potiùs bonus vir. *d.l. ſocietatem. 76. §. 1.ff. pro ſoc.* & amicabilis compoſitor. *arg. l.2.§.pen.l.3.§.pen. C.de V.I.E. Gl.in Auth. ſi verò. C.de judic.& in d.l.9.§.2.ff.de recept.qui arbitr.*aut communis amicus. *d. l. 76. in pr. ff. pro ſoc.* vel proxeneta aliquis ad partes componendas adhibitus. *Lanfr. d. l. part.1. n. 2. P. Iacob. d. l.n.6. Add. Ioh.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384384-p0022-5

*Ioh. Bapt. d. l. lib. 5. cap. 3. & ſeq. Hartm. Hartm. tit. 2. obſ. 1. in fin.* (10.) arbiter ut ſuſpectus recuſari poteſt. *l. non diſtinguemus. 32. §. cum quidam. 14 ff. de recept. qui arbitr.* arbitrator non item. *Lanfr. d. l. part. 7. n. 78. Add. Ioh. Bapt. d. l. lib. 11. cap. 9.* (11.) arbiter ſecundum leges latas pronunciat. *Lanfranc. d. l. part. 5. n. 14. & part. 7. n. 2.* & quidem ſecundum jus commune, non ſtatutarium. *Ioh. Andr. in Addit. ad Specul. §. excipitur. 6. n. 4. in verſ. Guido in Quæſtionibus. Capoll. cautel. 136. al. 99.* arbitrator pro lubitu. *Gl. ad l. pen. ff. de recept. qui arbitr. & ad l. 1. §. 9. ff. de N. O. N.* (12.) arbiter neutrius jus lædere; arbitrator alteri aliquid dare, alteri demere poteſt. *arg. cap. niſi eſſent. 21. verſ. quod autem. ext. de præbend. & dignit. Gl. ad d. l. 9. §. 2. in voc. invè ſe. & ad d. l. 13. §. 2. in voc. recepiſſe. ff. de recept. qui arbitr. & in d. Nov. 86 cap. 2. Lanfranc. d. part. 7. n. 1. Ioh. Bapt. d. l. lib. 1. cap. 4. & lib. 8. cap. 7. & lib. 11. cap. 16. P. Iacob. d. l. n. 8. Gail. lib. 1. obſ. 150. num. 18. Gothofr. ad l. diem. 27. §. 2. ff. h. t.* etiamſi nihil de eo ſit in compromiſſo dictum. *Lanfr. d. l. part. 5. num. 14. & ſeq.* (13.) arbiter magis ſuper lite, arbitrator magis ſuper contractu adhibetur. *arg. l. ſi coita. 75. & ſeqq. ff. pro ſoc. § 1. Inſtit. de empt. & vend. §. 1. Inſt. de locat. & conduct. l. fin. C. de contrah. empt. l. ſi in lege. 24. pr. & l. ſeq. ff. locat. Gl. in d. l. fin. C. de contrah. empt. Br. in quæſtion. de arbitr. n. 23. Lanfranc. d. l. part. 1. n. 8. & 21. & part. 7. n. 78. Ioh. Bapt. d. l. lib. 1. cap. 3. Hartm. d. obſ. 1. n. 14.* unde arbitramentum non ſolvitur, ſi unus ex litigatoribus decedat; ſicuti arbitrium. *Bl. in Addit. ad Specul. de arbitr. verſ. An arbitramentum finiatur. Lanfranc. d. l. part. 5. num. 46. vid. infr. th. 54.* neque tùm, ſi alter dimiſſo arbitratore ad judicem eat. *Lanfranc. d. l. n. 50.* uti arbitrium ſolvi manifeſtum eſt. *l. ſi quis. 30. ff. de recept. qui arbitr. vid. infr. theſ. 54.* (14.) arbiter in caſu neceſſitatis noctu ſententiam ferre poteſt, arbitrator etiam extra illam. *arg. l. non minorem. 20. C. de transact. Polydor. Rip. de Noctur. tempore cap. 135. & ſeq.* Plures differentias *vid. ſuprà theſ. 12. 14. 16. 19. 20. & infr. th. 33. 35. 49.*

## XXIX.

Ob diverſos itaque arbitrii (quod & arbiterium in jure noſtro dici tradit, *Boc. claſſ. 6. diſp. 37. th. 2. lit. b.*) & arbitramenti effectus anxiè quæri ſolet à Dd. quibus formulis hoc vel illud in compromiſſo contineatur aut conceſſum intelligatur, ſi nihil apertè

dictum fuerit. Nam in dubio ſi compromiſſum ſimpliciter fiat, v. g. *Committimus cauſam noſtram Titio; Titius decidat hanc quæſtionem; Compromittimus in Titium &c.* arbitrum potiùs, quàm arbitratorem eſſe electum, verius eſt, *arg. cap. 3. & ſeq. cap. ex parte. 10. ext. de arbitr. Specul. in tit. de arbitr. §. ſequitur. fin. n. 10. verſ. Quid ſi ſimpliciter.* niſi fortè ſuper contractu controverſia ſit; tunc enim potiùs arbitrator erit electus, *Ioh. Bapt. Tr. de arbitr. lib. 8. cap. 4. & lib. 12. cap. 6. & 14. Add. Lanfranc. d l. part. 7. n. 4. in fin. Gail. d. Obſ. 150. n. 7. Hartm. d. Obſ. 1. n. 10.* Quæritur itaque ſi tali formulâ ſit compromiſſum, ut de jure & facto quis procedat, ſed ſolùm de jure pronunciet: an ſit arbiter, an verò arbitrator? Prius Aff. *Lanfranc. d. part. 7. num. 1. & 2. Ioh. Bapt. d. l. lib. 8. cap. 5. Fac. lib. 10. cap. 2.* ubi docet, *quid importet vocabulum* De Jure. & *cap. 14.* ubi tradit, *qui importet clauſula* De Facto. Quid ſi partes compromiſerunt in T. ut arbitrum & arbitratorem. ℞. ſi ordine judiciario proceſſit, arbitri ſententia, ſin minus, arbitratoris dicenda erit. *Br. in quæſtion. de arbitr. n. 7. Lanfranc. d. l. n. 3. Ioh. Bapt. d. lib. 8. cap. 2. & 5. & lib. 12. cap. 15. Gail. d. l. n. 4. Gothofr. ad l. Pomponius. 13. §. 2. ff. h. t.*

XXX.

Idem ſtatuendum, ſi in Titium compromittatur, tanquam in arbitrum, & addatur, quòd ordine juris non ſervato procedere poſſit. *Lanfranc. d. l. num. 4. Ioh. Bapt. d. l. 8. cap. 9.* Quid, ſi quis ex formâ ſtatuti ſit electus, ut arbiter & arbitrator, proceſſitque absque figurâ judicii, pronuntiavit autem ſolenniter, v. g. in ſcriptis? ℞. habendum pro arbitratore, & contrà. *Lanfr. d. part. 7. num. 5. Add. Bl. in Addit. ad Specul. de arbitr. verſ à ſententiâ arbitri.* Neque enim ex uno actu electa videtur via arbitri vel arbitratoris, ſed ex pluribus. *Ioh. Bapt. d. l. lib. 12. cap. 3. in fin.* Quid? ſi quis elegerit viam arbitri, poteritnè redire ad viam arbitratoris; vel contrà? Neg. *per l. commiſſoria. 4. C. de pact. inter empt. & vendit. l. pactum. 46. ff. de pact. l. quæritur. 14. §. ſi venditor. 9. ff. de ædil. edict. l. fin. C. de condit. inſert.* niſi clauſula illa ſit compromiſſo adjecta, *Ioh. Bapt. d. lib. 12. cap. 12.* Neque ergò incipere poteſt, ut arbiter, & finire ut arbitrator. *Specul. d. l. §. fin. num. 9. verſ. Quid ſi compromiſſum eſt. Ioh. Bapt. d. l. cap. 13.* ſi tamen ita confuſè proceſſerit, ut certò conſtare nequeat, quam

viam

viam elegerit, illud in dubio arripiendum, quod actum magis reddat validum. *arg. l. 3. ff. de teſtam. milit. Ioh.* Bapt. *d. l. cap.* 14. Quid autem deſignent clauſulæ compromiſſis adjectæ: De rigore juris. *vid. Ioh. Bapt. d. l. lib.* 10. *cap.* 3. ſummariè. *ibid. cap.* 7. de plano. *cap.* 8. ſine ſtrepitu. *cap.* 9. ſine figurâ judicii. *cap.* 10. *& ſeq.* per ſimplicem querelam. *cap.* 12. ſecundum æquitatem. *cap.* 13. ſecundum conſcientiam. *cap.* 15. ſecundum veritatem. *cap.* 16. ſecundum voluntatem. *cap.* 17. *Add. Br in quæſt. de arbitr. ibiq; Lanfranchin.* 25. *& ſeqq.*

XXXI.

Solet compromiſſum ſub certâ pœnâ fieri, ut ſi quis non ſtet ſententiæ arbitri vel arbitratoris, eadem committatur. *l.* 1. *C. h. t. l. non ex omnibus.* 39. *ff. eod.* quod ſi utrinque fiat, plenum dicitur. *l. litigatores* 11. §. 2. *in fin. ff. h. t.* Quid ſi alteruter contraveniat & clauſula hæc adjecta: rato manente compromiſſo, an utrumque peti poterit? Ita videtur. *arg. l. qui fidem.* 16. *ff. de tranſact. Hoſtienſ. in ſummâ de arbitr. tit.* 44. §. *Quid conſtituatur. num.* 8. *verſ. Et numquid pœna. Specul. in tit. de arbitr.* §. *excipitur.* 6 *n.* 4. §. *ſequitur. fin. verſ. Quid ergò. num.* 37. *& ſeq. & verſ. Quid ſi in compromiſſo. n.* 76. *& ſeq. Gail.* 1. *Obſ.* 150. *n.* 14. *C. I. A. h. t. th.* 76. Contraventio autem cum effectu intelligenda. Nam ſi ſtatim eum pœniteat & quidem ante litem conteſtatam, ſecus eſt. *arg. l. quamvis.* 11. *ff. de in jus voc. l. ampliùs.* 15. *ff. rem rat. haber. Gl. in d. l.* 16. *in voc. cogetur. Lanfr. d. part.* 7. *num.* 9. Sed quid, ſi partes promiſerunt ſtare & non contravenire omnibus, an per unumquemque actum pœna peti poterit? Aff. *per l. ſi quis majori.* 41. *C. de tranſact. Lanfranc. d. l. n.* 26. Quid, ſi ſimpliciter pœnam promiſerunt & plura ſint ſententiæ capitula, uniq́ue ſit contraventum, an integra pœna committetur? Neg. Nam quot ſunt capitula, tot ſunt diviſiones illius pœnalis ſtipulationis. *arg. l. quod dicitur.* 86. *ff. de V. O. junct. l.* 3. *ff. pro derelict. l. quæ de tota.* 76. *pr. ff. de R. V. Specul. d.* §. *fin. verſ. Quid ſi plura. n.* 39. *Lanfranc. d. part.* 7. *num.* 11. Quid, ſi plures ſint hæredes & unus contravenerit? ℟. Si ſententia contineat quid dari vel factum individuum, jure civili omnes tenentur. *arg. l. eadem.* 4. §. 1. *& l.* 5. *in fin. ff. de V. O. Specul. d.* §. *fin. verſ. Sed numquid obligatio. num.* 42. Jure Canon. non item. *arg. cap. ſuam.* 9. *extr. de pœn.* quam æquitatem Canonicam ſervandam ajunt Dd. *Gl in d.*

*cap. 9. in voc. perſolutis. Lanfranc. d. l. n. 12. & ſeq.* Sed annon toties pœna peti poterit, quotiens contrà actum? Ita eſt, ſi id apertè adjectum. *l. ſi duo. 34. §. 1. ibiq; Gl. ff. de recept. qui arbitr. l. ſi ſervus. 9. §. 1. ff. ſi quis caution. Hoſtienſ. d. l. Specul. d. l. §. excipitur. 6. n. 4. & d. §. fin. num. 43. C. I. A. h. th. 42.* Quid ſi arbiter pœnam ſtipuletur? ℞. Ipſe quidem eam ab immorigero exiget; dabit autem fidem ſervanti aut certè actionem eidem cedet. Ita definit *Br. in quæſtion. de arbitr. n. 15.*

XXXII.

Sententiæ arbitri ſtandum, ſive æqua ſit, ſive iniqua vel minùs probabilis. *l. diem. 27. §. 2. ff. de recept. qui arbitr. l ſocietatem. 76. §. 1. ff. pro ſoc.* Neque enim ab ea appellari poterit. *can. à judicibus. 32. cauſ. 2. quæſt. 6. l. 1. C. de recept. arbitr.* etiamſi per partes id conventum. *Specul. tit. de appellat. §. in quibus. 2. n. 16. verſ. Quid ſi convenit. Lanfranc. d. part. 7. n. 68. Ioh. Bapt. de arbitr. lib. 7. cap. 14.* Æquo namque animo eam ferre debet & ſibi imputare, qui compromiſit. *d. §. 2. Hillig. ad Donell. lib. 28 cap. fin. lit. e. Carpzov. I. F. part. 1. conſtit. 1. defin. 13. n. 7.* Unde alia ratio in arbitro, quem Magiſtratus dedit vel partes eligere coacti ſunt; quippe à cujus ſententia appellari poteſt. *l. arbitro. 9. pr. ff. qui ſatisd. cog. l fin. ff. à quib. appell. non lic. l. fin. C. de judic. Specul. de arbitr. §. differt. 4. in pr. Gail. lib. 1. Obſ. 33. num. 18. Mynſ. lib. 4. Obſ. 68. num. 8. & ſeqq. Hillig. d. l. Bocer. claſſ. 6. diſp. 37. th. 90. C. I. A. h. t. th. 61. Gothofred. ad d. l. 1. C. eod. Carpzov. d. defin. 13. num. 8.* Idem dicendum, ſi ex formâ ſtatuti ad arbitros eundum. *Gl. ad d. l. 9. in voc. appellare. in fin. ff. qui ſatisd. cog. Lanfranc. d. l. num. 38. in fin. Gothofr. d. l.* Et in illo ſententia arbitri comparatur transactioni. *Cæpoll. cautel. 288. al. 220. Hartman. Hartm. tit. 2. Obſ. 1 n. 11. & ſeqq. Gail. lib. 1. Obſ. 141. num. 4. & Obſ. 150. num. 4.* quæ reſcindi nequit, niſi ſub prætextu læſionis valdè enormis ſive ultra dimidium. *Gl. in l. Lucius. 78. §. fin. in voc. poſſe. ff. ad SCt. Trebell. Lanfr. d. l. part. 1. n. 4. & ſeq.* Unde in Camerâ in ejusmodi arbitriis, ubi ipſa ex compromiſſo ſententiam pronuntiavit, tùm demum reviſio admittitur, ſi de læſione enormiſſimâ apertè conſtet. *R. I. de anno 1594. §.* Als auch der *compromiß* halben. *70. Dn. Blum. in Proceſſ. Cameral. tit. 38. th. 8.* quanquam, ubi læſio ultra dimidium in magno exceſſu, eo caſu etiam remedium *ex l. 2. C. de reſcind. vend.* videatur competere.

*Mynſ.*

*Myn*ſ. *lib.* 1. *Obſ* 33. & *lib.*6. *Obſ.*91. *num.*9. & *ſeqq. Add. Gail. lib.* 2. *Obſ.* 70. Ita ſententiæ ſtari non debet, ſi expreſsè ſit contra leges. *arg. l. ſi expreßim.* 19. *ff. de appell. cap. ex parte.* 10. & *cap. ſeq. ext. de arbitr. Hoſtienſ. in ſumm. d. tit.* 44. §. *qualiter ad effectum. num.*9. *verſ.* & *licet ſententiæ.* aut aliàs nulla, & quidem vel ob defectum juris communis, putà ob inhabilitatem perſonarum &c. vel quòd aliquid ſit factum contra verba aut formulam compromiſſi. *d. l.* 1. *C. de recept. arbitr.* aut contra ſolitum judicii ordinem. *l. prolatam.* 4. *C. de ſentent.* aut etiam ſententia per ſordes vel gratiam arbitri ſit lata. *Gl. in d.l.* 27. §. 2. *in voc. ſive iniqua. ff. h. t.* Nam tùm læſus vel actione ex ſtipulatu aget vel actione aut exceptione doli utetur. *l.*3. *C. h.t. l. ita demum.* 31. *ff. eod.* vel etiam exceptione nullitatis, aut ſupplicatione ſive imploratione officii judicis, quò talis ſententia etiam jure civili ad arbitrium boni viri reducatur, modò intra 10. dies iſti ſit contradictũ. *arg. l pen. in pr. verſ. ſin autem. C. h.t. Vid. Specul. tit. de arbitr.* & *arbitrat.* §. 1. *n.* 3 *ibiq; Ioh. Andr. in addit.* & §. *differt.* 4. *in pr. Lanfr. d. l. part.* 1. *n* 7. & *part.* 3. *in pr. Add. Dn. Struv. in Syntagm. I.C. Exercit.* 8. *th.* 104. Qòd adeò verum eſt, ut ſi compromiſſo comprehenſum, ne excipiatur de ſententiæ nullitate, invaliditate, dolo arbitri &c. hujusmodi pacta non valeant. *Specul. d. l. de arbitr.* §. *fin. n.* 22. *verſ. Quid ſi compromiſſum. Ioh. Bapt. de arbitr. lib.* 7. *cap.* 10. & *ſeqq.*

## XXXIII.

Arbitratoris autem ſententiæ (quam præcipuè Dd. *laudum* appellant. *Lanfranc. d. part.* 1. *num.* 37. & *ſeqq. Ioh. Bapt. d. l. lib.* 1. *cap.* 7. vel laudamentum. 1. *F.* 19. 21. & 23. *in fin.* quòd ſc. re deliberatâ ſit conſtitutum vel laudatum. *arg. d. cap.* 23. *in fin.* & *cap.* 28. *ibiq; Gothofred. in voc. laudanda vel laudaverunt. Hotomann. de verb. feudal. in voc. laudum. Add. Dn. Struv. d. l. th.* 102.) ita parere non oportet; quippe quæ reduci poteſt ad arbitrium boni viri, non ſolùm ſi agatur de judiciis bonæ fidei. *d. l.* 76. §. 1. *ff. pro ſoc.* ſed etiam ſtricti juris. *arg. l. ſi. libertus.* 30. *ff. de oper. libert. Gl. in l. in propoſita.* 78. *ff. pro ſoc. Bocer. claſſ.* 6. *diſp.* 37. *th.* 94. Nam hæc ferè mens eſt perſonam arbitrio ſubſtituentium, ut, quia ſperant, eam rectè arbitraturam, id faciant, non, quia vel immodicè obligari velint. *d. l.* 30. Unde ſi arbi-

trium ita pravum ſit, ut manifeſta ejus iniquitas appareat, corrigi poterit per judicium bonæ fidei, ex eo contractu, ex quo priùs agi poterat. *l. unde ſi. 79. ibiq; Gothofr. & l. ſeq. ff. pro ſoc.* In ſtricti juris autem negotiis ad actionem doli videtur eſſe recurrendum. *C. I. A. h. th* 82. vel potiùs ad officium judicis. *arg. d. l. 30. junct. l. ſi contendat. 20. ibiq; Gl. ff. de fidejuſſ. Specul. d. §. fin. n. 23. verſ. Sed quo jure. Bl. in Addit. ibid. verſ. An proceſſus reductionis. & verſ. Quo jure petatur. Lanfranc. d. l. part. 7. n. 42. & ſeq.* Læſionem illam Dd. explicant, ſi fiat usque ad ſextam partem incluſivè. *arg. d. l. 79. & ſeq. ff. pro ſoc.* Nam ſi minor læſio ſit, reductionem denegant. *Vid. Bl. ad l. fin. C. de contrah. empt. circ. pr. Lanfranc. d. l. part. 1 n. 2. & 3. & part. 7. n. 31. Gothofred. ad l. diem. 27. §. 2. ff. h. t.* id quòd intelligendum, ſi de re certâ & taxatâ agatur. Nam ſi de re incertâ, læſio ex qualitate perſonarum & patrimonii erit ſpectanda. *arg. l. 1. in fin. ibiq; Gl. ff. de leg 2. Ioh. Bapt. d. lib. 11. cap. 16. num. 5. vid infr. th. 37.* Reductio autem locum habet, non ſolùm, ſi expreſsè boni viri mentio facta, ſed etiam ſi ſimpliciter arbiter & arbitrator ſit electus. *arg. l. in perſonam. 22. ff. de R. I. l. hæc venditio. 7. pr. ff. de contrah. empt. l. ſi à lege. 24. pr. ff. locat. d. l. 30. ff. de oper. libert. l. fideicommiſſa. 11. §. quanquam. 7. ff. de leg 3.* etiamſi pœna ſit adjecta. *arg. d l. 30.* Facit enim lege id permittente, adeòque pœnam non meretur. *arg. l. Grachus. 4. C. ad L. Iul. de adult. fac. l. quæro. 54. §. 1 ff. locat. l. quidam. 132. §. 1. circa fin. ff. de V. O. P. Iacobus de arbitr. & arbitrat. n. 11. Add. infr. th 44. in fin.*

## XXXIV.

Reductio illa vel per modum actionis vel exceptionis proponi poteſt. v. g. ſi ſententia contra reum lata, tùm is ſtatim vel ex intervallo adire poteſt judicem, tanquam virum bonum & reductionem interponere, aſſerendo talem ſententiam eſſe nullam iniquam & à judice reformandam &c. At ſi actor executionem laudi petat, reus excipere poteſt, quòd illud ſit nullum, iniquum, injuſtum & doloſè latum adeòque non exequendum, & petere, ut judex de ejus nullitate cognoſcat ac nullum vel iniquum eſſe pronunciet. *Vid. Bl. in Addit. ad Specul. tit. de arbitr. verſ. Duobus modis.* ubi rectè addit, *ſi per modum exceptionis agatur de reductione, tùm judicem primæ cauſæ eſſe quoque judicem ſe-*

cundæ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384384-p0028-8

*eunda ſeu reductionis.* *Lanfranc. d. l. part. 7. n. 48. 82. & ſeq. P. Iacob. d. l. num. 9. & 10.* Quin imò, ſi actor ſeſe credat gravatum, agere poteſt actione priſtina, æquè ac arbitrator non pronuntiaſſet: ſi reus excipiat de laudo; actor replicare poterit de ejus iniquitate; atque ita uterque recurrere ad arbitrium boni viri. *P. Iacob. d. l.* Sed Qr. intra quod tempus reductio petenda? Diſſent. Dd. Alii intra decendium id fieri debere autumant, ad inſtar appellationis. *arg. l. non diſtinguemus. 32. §. cum quidam. 14. in fin. ff. h. t. junct. Auth. hodiè. C. de appellat. Nov. 29. cap. 1.* Alii intra annum. *arg. l. qui gravatos. 5. ibi: intra annum de injuſto onere conqueratur. C. de cenſib. & cenſit.* Alii intra 4. menſes. *arg. l. fin. C. de execut. rei jud. junct. l. 2. & 3. pr. C. de uſur. rei jud.* Communior ſententia, cùm reductio per judicium b. f. inſtituenda, intra 30. annos, uti alias actiones perſonales, intentari illam poſſe. *arg. l. 2. pr. verſ. Sed ſive. ibiq; Gl. in voc. triginta. C. de conſtit. pecun. l. 3. & ſeq. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* Quod etiam dicendum in negotiis ſtricti juris, ubi officium judicis implorandum; quippe quod etiam 30. annos durare videtur. *arg. d. l. 3. & ſeq. C. de præſcript. 30 l. 40. ann. junct l. officio. 17. ff. de contrah. empt. Gl. in l. querela. 12. C. ad L. Cornel. de falſ. Bl. in Addit. ad Specul. tit. de arbitr. verſ. Quod officium.* Uti etiam, ſi reductio per modum exceptionis proponatur. *arg. l. purè. 5. §. fin. ff. de except. dol. mal. Vid. Specul. d. l. de arbit. §. fin. n. 24. verſ. Sed intra. Bl. in l. fin. C. de contrah. empt. verſ. Quæro uſque ad quod tempus. Lanfranc. d. part. 7. n. 47. & 57. P. Iacob. num. 9. & 10. Ioh. Bapt. de arbitr. lib. 13. cap. 2. num. 2. Gail. lib. 1. Obſ. 150. num. 1. & ſeqq. Treutl. vol. 1. diſp. 12. theſ. 4. in fin. Bocer. claſſ. 6. diſp. 37. th. 95. lit. b.* Sed an interea laudum executioni mandandum, dum petitur reductio? ℞. Si reductio fortè ex formâ ſtatuti intra 2. menſes finienda, executio meritò ſuſpenditur. *arg. l. aufertur. 46. §. qui compenſationem. 4. ff. de iur. fiſc.* ſi longiorem tractum requirat, laudum executioni mandabitur, receptâ cautione de reſtituendo &c. *arg. cap ſuſcitata. 6. in fin. extra de in integr. reſtit. Fac. l. pen. ff. de petit hæred. l. is, à quo. 57. ff. de R. V. vid. Bl. d. l. in Addit. ad Specul. verſ. Sed an pendente cauſâ reductionis.*

XXXV.

Unde apparet differentia inſignis inter appellationem &



redu-

reductionem. Quin etiam, etſi tempus appellandi non currat ignoranti. *Gl. in Auth. hodiè. in voc. aut ſententia. C. de appellat.* tamen in tempore illo reductionis ſecus eſt. *arg. l. licet. 8. ibiq; Gl. in voc. longi. C. de jur. delib.* Ita appellatio interponi debet coram judice, qui judicavit; reductio verò minimè coram arbitro, qui ſententiam tulit; quippe qui ſtatim poſt condemnationem vel abſolutionem arbiter eſſe deſinat. *arg. l. qualem. 19. in fin. ff. de recept. qui arbitr. vid Lanfranc. d. part. 7. num. 50. & 56. vid. ſupr. theſ. 27. in fin.* Sed annon durum videtur, eum, qui per laudum arbitratoris obtinuit, per triginta annos reductionem à læſo fortè inſtituendam metuere? Sanè beneficium à legibus indultum temerè quidem alteri auferendum non eſt; poterit tamen is, ob favorem minuendarum litium, illo caſu implorare officium judicis, ut læſo certus terminus præfigatur, intra quem ſub pœna perpetui ſilentii reductionem proponat. *Lanfranc. d. part. 7. num 52. & 58.* Eſt namque regula juris, quod, ubi quis habeat exceptionem neque conveniatur, petere poſſit, ne ab adverſario inquietetur. *arg. l. ſi contendat. 29. ibiq; Gl. ff. de fidejuſſ. l. Aurelius. 28 §. centum. 8. ibiq; Gl. in voc. conſequi poſſe. ff. de liber. leg. cap. paſtoralis. 4. ext. de except. Lanfr. d. l. n. 42. vid. infr. th. 49.* Eadem ratio, ſi actor petat ſententiæ executionem & reus ad impediendam illam, excipiat de ſpatio 30. annorum. Nam tùm, ſi per actorem à judice impetretur, ut reo terminus peremptorius conſtituatur, etiam invitus ante illud tempus reductionem inſtituere tenebitur. *Lanfranc. d. part. 7. n. 57. & ſeq.*

XXXVI.

Reductio illa fieri debet coram judice ordinario; quippe qui bonus ille vir. *l. continuus. 137. §. 2 ff. de V. O. l. vir bonus. 18. ff. judic. ſolvi. l. ſed ſi. 17. §. Prætor. 5. ff. de injur.* & quidem non ipſius arbitratoris, ſed rei, coram quo cauſa alioquin, ſi compromiſſum non fuiſſet, foret examinanda. *arg. l. cùm hi. 8. §. tranſactiones. 19. ff. de tranſact. Bl. in Addit. ad Specul. verſ. Petitio reductionis. Lanfranc. d. l. part. 1. num. 33. & 35. & part. 7. n. 43. & ſeq. Covarruv. lib. 2. Variar. Reſolut. cap. 12. n. 1. & ſeqq. Gail. lib. 1. Obſ. 149. num. 2. & ſeqq. Gothofr. ad d. l diem. 27. §. 2. ff. h. t. Treutl. vol. 1. diſp. 12. theſ. 5. lit. a. ibiq; Bach. Bocer. claſſ. 6. diſp. 37. th. 95.* Unde ſi litigatores ſint Mediolanenſes, arbitrator verò Cumanus, non judex Cumanus, ſed Mediolanenſis erit

adeun-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384384-p0030-9

adeundus. *Lanfranc. d. part. 1. n. 34.* vel ſi alter litigantium ſit Paduanus, alter Peruſinus; arbitrator autem Mediolanenſis, judex rei adeundus erit. *Lanfranc. d. part. 7. num. 45.* Et ſi is, contra quem petitur reductio, immediatè Imperio ſit ſubjectus, omiſſis judicibus Ordinationis, der Außträge/ Camera immediatè adiri poſſet. *Gail. lib. 1. Obſ. 1. n. 49. Add. Dn. Blum. in Proceſſ. Cameral. tit. 27. theſ. 184. & tit. 58. th. 10. & 12.* ubi *eo caſu ſummam appellabilem attendi* rectè negat. Exceptio (1.) ſi ipſe Ordinarius vel Vicarius laudaverit; nam tum ejus judex ſuperior erit invocandus. *Lanfranc. d. n. 45.* (2.) ſi fortè arbiter ex compromiſſo ſibi reſervavit poteſtatem iterum laudandi & declarandi: quo caſu durante compromiſſi termino ad eundum recurrere debemus. *arg. l. qualem. 19. & ſeqq. ff. h. t. Lanfranc. d. l. num. 46. Add. infr. th. 44.* Poſito tamen, arbitratoris judicem eſſe adeundum; quid, ſi alter arbitratorum ſit Clericus, alter Laicus? Rſ. Judex Clerici tanquam nobilioris adiri debet. *arg. l. præcipimus. 32. §. ſanè. 7. & ſeq. C. de appellat. Lanfranc. d. part. 7. n. 91.* Sed an coram judice reductionis requiretur libellus, litis conteſtatio, reliquusq; ordo judiciarius? Ita docet *Alex. vol. 3. conſ. 106. n. 16. Add. Gail. lib. 1. Obſ. 150. n. 10.*

XXXVII.

Qr. An reductioni partes renuntiare poſſint, ita ut iniquitas reformari nequeat? Diſt. Si arbitrator dolo iniquam ſententiam tulit, renuntiatio nihil operabitur. *arg. l. ſi unus. 27. §. 3. ff. de pact.* ne detur occaſio delinquendi. *arg. l. conveniri. 5. ff. de pact.* idem eſt in læſione immodicâ. *arg. l. ſi cui. 9. ff. de ſervit. l. quæro. 54. §. 1. ff. locat. l. quidem. 132. ff. de V. O. l. ſi convenerit. 14. ff. pro ſoc.* ubi ipſa res dolum in ſe habet. *arg. l. ſi quis. 36. ff. de V. O. l. ſi ſuperſtite. 5. circ. fin. C. de dolo mal.* Ergo in læſione nõ modica valebit pactum, *arg. l. ſi quando. 109. in pr. ibiq; Dd. ff. de leg. 1.* nam in modicâ non opus eſt reductione, cùm ob illam, vel ſine pacto, uti dictum *ſuprà th. 33.* reductio non detur. *Vid. Br. in quæſtion. de arbitr. n. 24. Lanfranc. d. part. 7. num. 31. P. Iacob. d. num. 11. & ſeqq. Ioh. Bapt. d. l. lib. 7. cap. 15.* Quid, ſi expreſsè addatur, ſe renuntiare læſioni enormi, enormiori & enormiſſimæ? Eo caſu ceſſante dolo, reductioni locum non eſſe, verius eſt. Neque enim eſt, de quo querantur compromittentes, cùm id apertè egerint compro-

 miſſi

miſſi tempore, neque dicere poſſint, ſe læſos præter intentionem. *arg. cap. ſcienti. 17. de R. I. in 6. l. cum donationis. 34. C. de tranſact.* uti latè defendit *Ioh. Bapt. d. l. verſ. Videamus nunc.* additq; *quando læſio ſit enormis, enormior &c. id arbitrio judicis relinquendum, qui pro circumſtantiis & qualitate perſonarũ æſtimare debeat.* arg. eorum, quæ habet *Gl. ad l. ſed & ſi. 52. §. 2. ff. de judic.* ubi *in voc. reliquit & modica, ait, duo pondera auri appellari modicum fideicommiſſum reſpectu clariſſimorum virorum, quibus erat relictum. Ita Comitiſſam Matildam dixiſſe*: aliquantulum terræ concedo illi Eccleſiæ: *quæ tamen in* xxx. *milliaria extenſa fuerit. Add. Gail. d. Obſ. 150. n. 11. & ſupr. th. 33. circ. fin.*

XXXVIII.

Ita ſi quis jurejurando renunciaverit reductioni, ob dolum vel immoderatam læſionem nihilominùs peti ea poterit. *arg. l. fin. in pr. ff. ad municipal. l. fin. C. de non num. pec. junct. l. ſi libertus. 30. ff. de oper. libert. cap. quintavallis. 23. ext. de jurejur. Gail. d. Obſ. 150. num. 9. & ſeq.* etiam jure Canonico. *arg. cap. non eſt obligatorium. 58. d. R. I. in 6. Lanfr. d. part. 7. n. 34. Ioh. Bapt. d. l. lib. 7. cap. 16.* Et olim quidem jure civili, ſi juramentum compromiſſo acceſſiſſet, tùm penitùs laudo erat ſtandum. *l. ne in arbitris. 4. C. h. t.* ſed poſtea id mutatum. *Auth. decernit. ibiq; Gothfr. C. eod. Novell. 82. cap. 11. Lanfranc. d. l. n. 79. P. Iacob. d. l. n. 1. & 2. Add. C. I. A. h. th. 10.* Idem dicendum, ſi partes in compromiſſo dicant, ſe laudum ſive ſententiam ex nunc homologare. Nam homologatio iſta nullius momenti eſt. *arg. l. pen. ibi: poſtquam definitio proceſſerit. &c. C. h. t.* neque plus operatur, quàm ſimplex pactum. *Lanfranc. d. l. num. 33. & 35. P. Iacob. d. l. num. 12. Ioh. Bapt. d. lib. 8. cap. 13. & 15. in pr.* Quid ſi partes promiſerint ſtare conſcientiæ arbitratoris? Neque tùm læſio enormis cenſetur remiſſa. *Gl. in Clem. 1. in verb. oneramus. de jur. patron. Lanfranc. d. p. 7. n. 36. Add. Ioh. Bapt. d. l. lib. 10. cap. 15.* Idem dicendum, ſi compromiſerint in arbitratorem, non habito reſpectu ad alterius boni viri arbitrium, ſed ejus liberrimam voluntatem, etiam non regulatam, uti loquuntur. *Lanfranc. d. part. 7. n. 33. & part. 1. n. 24. & ſeqq. Ioh. Bapt. d. lib. 10. cap. 17. & lib. 7. cap. 17. verſ. Quarta. Gail. d. Obſ. 150. n. 17.*

XXXIX.

Quin imò nonnulli putant, nullo modo aut certè difficulter fieri poſſe, ut reductio ad arbitrium boni viri propter enormem læſionem cautionibus quibusdam impediatur. *Vid. Bl. ad l. pen. verſ. Communiter obſervatur. C. h. t. Lanfranc. d. part. 7. n. 37. pr. Capoll. cautel. 257. al. 199. in pr.* & nequidem ſtatuto illam poſſe tolli. *Lanfranc. d. l. n.* 41. Videtur tamen id fieri poſſe, (1.) ſi in compromiſſo permittatur arbitratori. v. g. uſque ad centum florenos alteri parti auferre. Nam tùm ſi alter per ſententiam in centenis fuerit læſus, queri planè nequit. *arg. l. 1. §. uſq; adeò. 5. ff. de injur. l. cum donationis. 34. C. de tranſact. Bl. ad d. l. pen. verſ. Reſtat dubium. Lanfranc. d. part. 7. n. 32. in fin. vid. ſuprà th. præcedent. verſ. Quid ſi.* (2.) ſi ex conſilio Dyni, quando Cajus & Sejus compromiſerunt ſtare arbitramento, ex eorum intimis Sempronius promittat Titio centum, ſi Cajus contravenerit; & vice verſa, Titius Sempronio centum, ſi Sejus contravenerit: tum namque metu, ne amici pœnam promiſſam ſolvant, utrumq; fore contentum. *vid. Ioh. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de arbitr. §. fin. num. 22. in voc. in principio. Lanfranc. d. l. 37.* ubi addit, *hujusmodi amicos eſſe de rarò contingentibus.* (3.) ſi partes renuncient reductioni promittantque ſtare laudo & neque de jure vel facto contravenire; &, ſi læſio in magnâ vel maximâ ſit quantitate vel in toto, quòd tunc arbitrator ferre debeat ſententiam ex conſilio Sapientis. *Capoll. d. cautel. 257. al. 199. n. 3. & ſeqq.* (4.) Si partes ſibi invicem ſponte & ex certâ ſcientiâ cedant vel donent, quod ex cauſa reductionis habituri ſint: aut ſi in caſu reductionis eosdem arbitros vel arbitratores eligant. *Capoll. d. l. cautel. 258. & ſeqq. al. 199. & cautel. 283. al. 220. Iohan. Baptiſt. d. l. lib. 7. cap. 17. ubi de ſimilibus cautelis copiosè diſputat.*

XL.

Sed cùm appellationis auxilio renunciari poſſit. *l. fin. in fin. C. de temp. appell.* quid cauſæ eſt, quare non liceat reductioni, maximè cum hæc ſpecies quædam ſit appellationis. *l. non diſtinguemus. 32. §. cùm quidam. 14. in fin. ff. h. t. de recept. qui arbitr.* R. In arbitriis ſimplex illud pactum facilè invitaret ad delinquendum & iniquè arbitrandum, adeòque valere non debet.

 arg.

*arg. l. conveniri. 5. ff. de pact. dotal.* in judiciis autem illa ſuſpicio ceſſat propter ordinarium judicis munus. *arg. l. 2. ibi : quod non arbitramur. C. de Offic. civil. jud. ibiq; Gothofred. l. Herennius. 63. §. 1. ff. de evict. cap. ſicut. 16. in fin. ext. de ſentent. & re jud. Lanfranc. d. part. 7. num.* 38. Quæ inſignis inter judicem arbitrumque differentia eſt; quanquam aliàs regula ſit in omnibus illos convenire, ubi in jure differentia expreſſa non reperiatur. *arg. l. 1. ff. h. t. l. rem non novam. 14. in. C. de judic. add. ſupr. th. 28. in pr. Hoſtienſ. in ſumm. tit. 44. §. qualiter ad effectum. num. 9. in fin. Ioh. Bapt. de arbitr. lib. 9. in præfat. & cap. 2. in fin.* Unde rectè aſſeritur, ab arbitro, imò & arbitratore, de rectè judicando juramentum eſſe præſtandum. *C. I. A. ad h. t. th. 49. n. 1. Umm. diſp. 9. ad Proceſſ. th. 2. n. 7.* coram arbitro procuratorem de rato cavere debere. *Umm. d. l. th. 7. num. 31. verſ. Quo caſu. Add. C. I. A. h. th 51. & imprimis d. th. 49. & ſeq. ubi plures convenientiæ colliguntur.* Sed videamus hîc plures quoque differentias; quarum. (2.) arbitri ſententia non per omnia ſententia eſt. *l. quid ergò. 13. §. ex compromiſſo. 5. §. de his. qui not. infam.* non certè infamat condemnatum. *d. §. 5.* multò minus illum, qui coram arbitro delictum famoſum eſt confeſſus. *Gl. ad d. §. 5. Bl. in Addit. ad Specul. de arbitr. verſ. Confeſſio famoſa.* (3.) ſi arbitrium pœnâ ſit vallatum, neque ex ſententia actio oritur. *l. 1. C. h. l.* neque exceptio, ſed tantum pœnæ perſecutio. *l. 2. ff. eod.* niſi clauſula illa addita: rato manente compromiſſo. *Gl. in d. l. 2.* aut ſi abſque pœnâ compromiſſum & ſententia ſit homologata. *l. peu. §. 1. & 2. C. h. t. ibiq; Gothofr. Lanfranc. d. l. part. 1 num. 9. & 10. Gail. lib. 1. Obſ. 150. n. 13. vid. ſuprà th. 23.*

## XLI.

(4.) Judex ex propria jurisdictione, arbiter ex conventione judicat adeòque ſententiam exequi non poteſt, niſi per ordinarium. *arg. l. pen. in fin. pr. C. h. t. l. à divo. 15. pr. ff. de re jud.* eumque non loci, ſed rei. *Wurmſer. tit. 2. Obſ. 2. num. 2. & tit. 3. Obſ. 8. Gail. lib. 1. Obſ. 1. num. 51. Gothofred. ad d. l. pen. in pr. Treutl. vol. 1. diſp. 12. th. 5. lit. b. ibiq; Bachov.* Unde ſi arbitrium contra Status Imperii latum eſt, id Camera exequitur. *Gail. d. Obſ. 1. num. 50.* (5) arbiter pœnam aliam inferre nequit, quam quæ compromiſſo comprehenſa. *arg. l. quid tamen. 21. §. item*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384384-p0034-1

*tem ſi.* 4. *l. non ex omnibus.* 39. *ibiq; Gl.l. arbiter.* 42. *ff. h.t. vid. infr. th.* 46. (6.) neq; teſtium exhibitionem petere, neque eos citare poteſt, niſi per ordinarium Magiſtratum. *arg. d. l.* 39. *in fin. Lanfranc. d. part.* 1. *num.* 9. *& ſeqq. Ioh. Bapt. d. lib.* 9. *cap.* 1. *in fin. & cap.* 4. *in fin.* ubi etiam *abſentem arbitrum per Magiſtratum citandum eſſe*, docet, *ut cum aliis pronunciet. vid. inf. th.* 51. (7.) coram judice contrahitur eremodicium, coram arbitro minimè, quippe qui partibus præſentibus ſententiam dicere debet. *l.* 2. *C. h. t. d. l.* 21. §. *ſi arbiter.* 10. *l. diem.* 27. §. *ſi quis.* 4. *ff. eod.* (8.) ſi emptor nullâ neceſſitate cogente compromittat in arbitrum, & hic contra illum ſententiam ferat, contra venditorem de evictione actionem non habebit. *l. ſi dictum.* 56. §. 1. *ibiq; Gl. ff. evict. Lanfranc. d. l. & part.* 7. *num.* 79. *vid. ſuprà theſ.* 9. (9.) coram arbitro non eſt neceſſaria veniæ petitio. *arg. l. quamvis.* 11. *ibi: non invitus. ff. de in jus. voc. Gl in l.* 2. *in voc. concedi. C. eod. Ioh. Bapt. d. lib.* 9. *cap.* 1. *verſ. Item videamus.* (10.) coram arbitro conjuncta perſona vel defenſor ſine mandato illius, qui abeſt ex injuſtâ cauſa, etiam cum cautione rati non videtur poſſe intervenire, quòd tunc abſens incidat in compromiſſi pœnam. *l.* 2. *C. h. t. l. diem.* 27. §. *ſi quis.* 4. *junct. l. licet.* 15. *in fin. & l. ſeq. ff. eod.* vel etiam propter abſentiam compromiſſum finiatur. *Ioh. Bapt. d. l. verſ. Sed conjuncta perſona. Bocer. claſſ.* 6. *diſp.* 37. *th.* 66. *vid. infr. theſ. pen. n.* 2.

## XLII.

(11.) Coram arbitro infames poſtulare poterunt. *arg. l. Pedius.* 7. *in pr. ff. h. t.* Ceſſat enim ratio, quæ in judice fuit, ne ſcilicet ejus dignitas læderetur. *arg. l.* 1. *in pr. ff. de poſtul.* Unde conſequens eſt, hoc caſu neque Advocati officium honorabile eſſe, neque vel jure Canonico procuratorem infamem eſſe prohiberi. *Ioh. Bapt. d. cap.* 1. *verſ. Tertius ordo.* (12.) Judex tempore belli & neceſſitatis in alio loco poteſt cognoſcere. *arg. Clem. un. de for. compet. cap. fin. de ſentent. & re jud. in* 6. *Bl. in l.* 1. *C. de ſentent. ex peric. recit. verſ. Quæro ergò an judex.* arbiter nequaquam; cùm iſtis & ſimilibus caſibus arbiter excuſetur & compromiſſum finiatur. *Ioh. Bapt. d. lib.* 9. *cap.* 2. *vid. infr. theſ.* 50. (13.) arbiter alteri non poteſt vel totam cauſam vel certum articulum delegare, niſi hoc in ipſo compromiſſo ſit expreſſum.

*arg. l. non diſtinguemus.32. §. quæſitum. 16. & ſeq. ff. h.t. cap. pen. ext. eod.* judex poteſt. *l. 1. pr. ff. de Offic. ejus cui mandat. eſt jurisd. cap. cùm te. 18. & cap. ſuper quæſtionum. 27. extr. de Offic. & poteſt. jud. de leg. Ioh. Bapt. d. lib. 9. cap. 14.* (14.) Judex per alium ſententiam definitivam v. g. per Notarium recitare poteſt, maxime ſi ſit ex eminentioribus. *l. 2. C. de ſentent. ex peric. recit.* arbiter ipſe recitabit. *l. 1. C. d. t.* eſt enim parvus judex. *l. pen. in fin. C. h. t. Nov. 82. cap. 11. l. pen. ff. de judic. l. ſtipulationum. 5. §. fin. ff. de V. O. l. ſi minor. 34. §. 1. ff. de minor. junct. d. l. 32. §. de liberali. 7. ff. h. t. Ioh. Bapt. d. lib. 9. cap. 15. n. 21.* (15.) Judex ſententiam, de quâ inter partes convenit, pronuntiare poteſt. *l. ſi convenerit. 26. ff. de judic.* arbiter minimè. *l. qualem. 19. pr. h. t. Gl. & Gothofr. ad. d. l. 26.* (16.) Si judex venalem ſententiam ferat, illa nullius momenti eſt. *l. venales. 7. C. qn. provoc. non eſt nec.* at arbitri ſententia, qualitercunque dolosè lata, tenet & demum per exceptionem doli mali reformatur. *arg. l. 3. C. h. t. l. ita demum. 31. d. l. 32. §. cum quidam. 14. ff. eod. Gl. in l. ſed etſi. 9. §. 3. in voc. turpitudo. ff. eod. Ioh. Bapt. d. cap. 15. num. 26. Add. Gl. in pr. l. 1. ff. eod. & in cap. dilectus. 6. extra eod. Hoſtienſ. d. §. qualiter. num. 9. in fin. & ſeq Speculat. in tit. de arbitr. §. differt. 4. Donell. lib. 28. cap. fin. ibiq; Hillig. & ſuprà theſ. 10. & ſeqq. theſ. 20. & infr. theſ. 45. 49. & 54.*

## XLIII.

Sola ergò homologatio (quam vocem ſemel tantùm ſe in jure, ait, reperiſſe *Lanfranc. d. l. part. 1. num. 40.* barbari *emologatio* dicunt. *Gothofred. ad l. ne in arbitris. 4. §. fin. C. h. t.*) reductionem ad arbitrium boni viri maximè videtur impedire, ſi nempe litigantes vel expreſsè definitionem arbitrorum approbaverint. *arg. d. l. 4. §. fin. C. h. t.* vel etiam tacitè, ut, ſi intra 10. dies proximos à latâ ſententiâ non contradixerint. *l. pen. §. 1. C. h. t.* Nam ſi contradixerint, reductio locum habebit. *Cæpoll. cautel. 130 al 93. n. 2. add. ſuprà theſ. 34.* Quid, ſi Notarius ſcripſerit, ſententiam eſſe latam præſentibus partibus & non contradicentibus, an ſtatim illa homologata intelligetur? Affir. modò conſtet, verba illa: ſe non contradicere, à partibus verè eſſe prolata. *arg. d. l. 4. § fin. verſ. Qualu n. & l. pen. in pr. ibi: quod non diſpliceat. C. d t.* Nam ſi nihil proferatur, & partes ſolùmmodo tacuerint, decendium

dium erit exſpectandum. *d. l. pen. §. 1. ibi : ſed ſilentio eam roboraverint & non intra 10. dies proximos atteſtatio miſſa fuerit &c. C. h. t.* Aſſenſus enim omninò declarandus, quod tacendo minimè fit. *arg. l. 3. in fin. ibiq. Gl. C. quom. & qn. jud.* Sola namque præſentia ejus, in cujus præjudicium aliquid fit, conſenſum non infert. *Gl. in l. Cajus. 39. in voc. obeſſe. in fin. ff. de pignor. act. & in l. quidam. 12. in voc. affuerunt. ff. de evict. vid. Lanfranc. d. part. 1. num. 41. & ſeqq. Add. Bl. in Addit. ad Specul. de arbitr. verſ. De homologatione notandum &c.*

## XLIV.

An autem à judice reductionis, confirmante vel retractante laudum, appellari poſſit, de eo mirificè variant Interpretes. Aff. *Bl. in l. un. C. ne lic. in una ead. cauſ. verſ. Extra quaero. &c. & in l. fin. C. de contrahend. empt. verſ. Item ſcias :* quanquam ibi, *in verſ. præcedent.* concedat, *judicem reformatorem in locum arbitratoris ſuccedere. Alex. volum. 3. conſil. 106. n. 3. & ſeqq. Covarruv. lib. 2. Variar. Reſolut. cap. 12. n. 3. & ſeqq. Gail. lib. 1. Obſ. 149. num. 4. Mynſing. lib. 4. Obſ. 68. num. 1.* ubi *appellationem in Camera receptam*, ait. *Treutl. vol. 1. diſp. 12. theſ. 5. lit. b. ibiq. Bachov. Dn. Blum. in Proceſſ Cameral. tit. 58. theſ. fin.* Neg. *Br. in l. 1. ff. de leg. 2. Ioh. Andr. in Add. ad Specul. tit. de appellat. §. in quibus. 2. num. 15. verſ. Decimo ſexto. Lanfranc. d. l. part. 7. num. 54. & ſeq. Salicet. in l. pen. C. h. tit. num. 18. ubi addit Dominum Ruſtigarium*, alii *Ruſticanum* appellant, *antiquum Doctorem idem tenuiſſe* ; & prolixè *in l. & in majoribus. 20. C. de appellat.* quorum ſententiam juri noſtro convenientiorem arbitramur, ex hac potiſſimùm ratione ; quòd bonus ille vir, apud quem reductio fiat, ſuccedat in locum arbitratoris, à quo appellari nequeat. *vid. ſuprà th. 33.* An ergò iterum reductio peti poterit? Neg. Quia namque judex, qui à lege bonus vir eſſe reputatur, *vid. ſuprà theſ. 36.* ſemel ad arbitrium boni viri priorem ſententiam reduxit ; ideò partes in contemtum judicis & legis alium virum bonum eligere non poſſunt. *Lanfranc. d. part. 7. n. 58. & ſeq.* Hoc certum, in petitione reductionis ad probandam læſionem enormem novas probationes fieri poſſe. *arg. l. per hanc. 4. C. de tempor. appellat.* quanquam dolus arbitratoris iisdem coargui nequeat ob probabilem ignorantiam. *Lanfranc. d. part. 7.*

 *n. 40.*

*num.*40. An ergò licebit producere alia inſtrumenta, quæ coram arbitro non erant producta? Ita eſt, ſi verè noviter reperta fuerint, aut ſi litigans ab initio abſque illis victoriam obtinere ſperaſſet *arg. d. l.*4. ſecus verò, ſi vexandi adverſarii cauſa in tempus reductionis eadem reſervaverit. *arg. cap. inter monaſterium.*20.*ext. de ſentent. & re jud. Lanfranc. d. part.* 7.*n.*112. Sed an victor in cauſa reductionis pœnam compromiſſo inſertam rectè petet? Si ſententia arbitratoris fuerit confirmata, & adverſarius contraveniat, rectè in pœnam dicetur incidiſſe; cùm per ſententiam judicis non fiat novatio ad incommodum victoris. *arg. l.fin. C. de uſur. rei. jud. Bl. in l. fin. C. de contrah. empt. verſ. undecimò quæro. Lanfranc. d. part.*7.*n.*60. Idem dicendum, ſi prius laudum contemſerit petieritque reductionem abſque cauſa probabili. *vid. ſuprà th.*33. *in fin.* Quid ſi infirmata? Verius eſt, pœnam quidem à victore peti poſſe, ſed ejus petionem exceptione doli elidendam, maximè, ſi juſtam habuerit litigandi cauſam. *arg. l. ab executione.* 5. *in fin. ibiq; Gl. in voc. multandos. C. quor. appellat. non recip. l. qui Romæ.* 122. §. *fin. ff. de V. O. junct. l. tres fratres.*35. *in fin. ibiq; Gl. ff. de pact. Bl. d l. & in Addit. ad Specul. de arbitr. verſ. Ex formâ ſtatuti. Lanfranc. d. part.*7. *n.* 61. *Salicet. in d. l. pen. C. h. t. n.* 18. *verſ. Pone, quod quis pœnam.*

XLV.

De effectu arbitrii & arbitramenti paſſim conſtare poterit. *vid. ſupr. theſ.*27. *& ſeqq.* Diximus arbitria ad ſimilitudinem judiciorum eſſe redacta. In omnibus enim judicia imitantur tàm in principio, quàm in medio & fine, uti *Gl.* loquitur *in l.* 1. *ff. h. t. Hoſtienſ. in ſumm. tit.* 44. §. *qualiter ad effectum. num.* 9. *in pr.* E. Citatio coram arbitro facta interrumpit præſcriptionem. *l. pen.* §. *pen. C. h. t. Lanfranc. d. part.* 7. *n.*73. Acta coram arbitro, v. g. atteſtationes teſtium plenam faciunt fidem, imprimis, ſi jam mortui ſint. *l. fin. verſ. Sin autem. C. de teſtib. cap. præſentata.* 50. *ext. eod. Hoſtienſ. d. l. Lanfranc. d. l. n.* 74. *& ſeq.* & dicta teſtium publicata. *Gl. in l. . in voc. patiatur. ff. Quæ in fraud. credit. Lanfr. d. l. n.* 77. *P. Iacob. de arbitr. n.* 2. *Gothofr. ad l. pen. C. h. t.* imò etiam confeſſio. *arg. l. pen.* §. *fin. C. d. t. Specul. in tit. de Confeſſion.* §. *Nunc videndum.* 3. *verſ. Quid de confeſſione. Lanfr. d. l. n.* 76. *&* 93. *Add. Umm. diſp.* 13. *n.*38. Si malè arbiter judicaverit, li-

tem

tem facit ſuam. *arg. l. fin. ibiq. Gl. in voc. ea de re. ff. de var. & extraord. cognit. l. pen. in fin. C. de pact. Hoſtienſ. d. num. 9. in fin. Specul. de arbitr. §. 1. num. 6. verſ. Sed ſi arbiter. Lanfranc. d. l. num.* 80. *P. Iacob. d. n. 2.* Teſtem tamen, qui falſum depoſuit, punire nequit ob defectum jurisdictionis. *Lanfranc. d. l. n. 81. vid. ſupr. th. 41. num. 6. & infr. th. 51.* neque ſuper attentatis cognoſcere. *Wurmſer. tit. 13. Obſ. 6. num. 4.* quippe coram quo litis pendentia non inducatur. *Wurmſer. d. l. n. 3. Gail. lib. 1. Obſ. 141. n. 3.* ſed anne ſportulas ſive ſalarium petere poterit? Aff. *per l. in ſacris. 12. §. 1. pr. C. de prox. ſacror. ſcrin. lib. XII. & l. fin. §. 1. C. de privileg. Scholar. eod. lib. Specul. d. l. §. fin. n. 74. verſ. Sed numquid arbiter. Ioh. Bapt. d. l. lib. 5. cap. fin. in fin. & lib. 9. cap. 5.* imò & arbitrator. *arg. l. 1. pr. ff. ſi menſ. falſ. mod. l. ſed & loci. 4. §. 1. verſ. Sed etſi. ff. fin. regund. Ioh. Bapt. d. l. lib. 11. cap. 7.* (*Add. Dn. Blum. in Proceſſ. Cam. tit. 38. theſ. 5. & 7.* ubi docet, *Compromiſſa in Camerâ non recipi, niſi ſalvo digno ſalario &c.*) etiamſi non ipſi, ſed per JCtos ſententiam concipi juſſerint. *Bl. in l. 2. verſ. ſed numquid judex. C. de ſentent. ex peric. recit. Lanfranc. d. part. 7. num.* 84. multò magis, ſi juxta compromiſſum conſilium Sapientum ſequi teneantur; nam tale compromiſſum valere, verius eſt. *Specul. d. §. fin. n. 16 verſ. Sed quid, ſi dicatur in compromiſſo. Lanfranc. d. l. part. 5. num. 1. & 2. Ioh. Bapt. lib. 9. cap. fin. & lib. 13. cap. 5.* ubi tradit, *quomodo ille cogi poſſit.* In Camera recipiuntur quidem Acta ab arbitris transmiſſa; neque tamen Aſſeſſores ſententiam concipiunt & arbitris remittunt; (nam Aſſeſſoribus Cameræ non licet aliis conſulere vel ſententias concipere, niſi in cauſis propriis & proximos agnatos vel affines concernentibus. *Dn. Blum. d. l. theſ. 4.*) ſed ipſimet pronunciant. *Hartm. Hartm. tit. 2. Obſ. 2. in Addit. Mynſing. lib. 5. Obſ. 2. Bocer. claſſ. 6. diſput. 37. th. 35.* & olim quidem in quibuscunque cauſis, ſed hodiè demum in illis, in quibus aliàs jurisdictio Cameræ fundata. *R. I. de anno* 1594. §. Als auch der *Compromiß* halben. 70. neque aliter, quàm ſi jam alibi ab arbitris electis illæ ipſæ usque ad ſententiam definitivam ſint diſcuſſæ. *R. I. d. l.* §. So wollen und ordnen wir. 71. *Dn. Blum. th. 2. & ſeqq.* & ipſa relatio non tempore ordinario, ſed poſt meridem aut in feriis Canicularibus inſtituatur, *ibid. th. 6.*

XLVI.

Arbitrator autem etſi ſolennia juris civilis obſervare non teneatur, tamen ea, quæ ſunt juris gentium, negligere minimè debet. *vid. ſup. th. 27. in pr.* Et hinc judicare non poteſt ſecundum teſtes, qui malam rationem adducunt. *Bl. in l. ſolâ. 4. in fin. C. de teſtib. Lanfranc. d. l. part. 7. n.* 88. neque etiam arbitrari ſecundum unum teſtem, licet validè concludentem; ſed in ſupplementum probationis deferre debet juramentum. *Lanfr. d. num.* 88. neque condemnare illum, qui præſcriptione tutus eſt. *arg. l. ſi pupillus. 45. ff. de adminiſtr. tut. Br. in quæſtion. de arbitr. ibiq; Lanfranchin. n. 25. Lanfranc. d. part. 7. num. 63. & ſeq. Hillig. ad Donell. lib. 5. cap. 30. lit. a.* Poteſt tamen pronunciare ſecundum conſilium Sapientis, etiamſi id adhuc ſit clauſum & à partibus demum poſteà aperiatur. *Bl. in l. 1. verſ. Porro puto arbitratorem. C. de ſentent. ex peric. recit. Lanfranc. d. l. n. 85.* victum quoque vel contumacem in expenſas condemnare. *arg. l. non ex omnibus. 39. ff. h. t. l. fin. C. de bon. vac. Hoſtienſ. d. §. qualiter. num. 11. verſ. Sed numquid poteſt punire. Ioh. Bapt. de arbitr. lib. 9. cap. 6. 16. & 17.* Etſi enim in compromiſſo de expenſis non fuit actum, tamen poteſt arbiter vel arbitrator diſponere de his, quæ incidenter contingere ſolent inter compromittentes, & rei cohærent vel accedunt. *arg. l. quid tamen. 21. §. 2. ff. h. t. Gl. ad l. non diſtinguemus. 32. de officio. 15. in verb. cautum. ff. h. t. cap. pen. ibiq; Gl. in voc. incidenter. extr. de in integr. reſtit. Specul. d. §. fin. num. 73. verſ. Quid ergo. in fin. ibiq; Bl. in Addit. verſ. Poteſt etiam arbiter. Br. in quæſtion. de arbitr. num. 9. Lanfranc. d. part. 7. n. 65. Ioh. Bapt. d. l. cap. 10. & 16. Hartm. Hartm. tit. 2. Obſ. 2. num. 4. Gothofred. ad d. l. 32. §. 15. ff. h. t.* Et hinc eſt, quòd poſſit diem ſolutioni præfigere. *d. l. 21. §. 2. Speculat. d. l. Gothofred. d. l. Ioh. Bapt. d. cap. 16.* de fructibus vel uſuris judicare. *Gl. d. l. Hoſtienſ. d. l. Gothofred. d. l. Ioh. Bapt. d. l.* etiamſi petitæ non ſint. *Specul. d. l. verſ. Quid ergò, ſi petitæ non fuerint.* rem controverſam adjudicare actori eundemq; in certâ pecuniæ ſummâ reo condemnare. *Specul. d. l. §. excipitur. 6. verſ. Sed pone. ibiq; Bl. in Addit. verſ. An arbitrator. Ioh. Bapt. d. lib. 9. cap. 15. n. 9.* Et quanquam multare non poteſt. *l. 2. §. fin. ff. de judic.* tamen rectè condemnabit ad intereſſe. *arg. d. l. 32. §. item non eſt. 5. d. l. 39. ff. h. t. l. Ædiles. 35. §. item*

*ſcien*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384384-p0040-4

*ſciendum.* 8. *ff. de ædil. ædict. l. Paulus.* 42. *ff. de re jud. Hoſtienſ. d. l. num.*11. Si ergò arbiter ita ſententiam ferat: condemno T. ad ſolvenda centum intra 10. dies, & ſi non fecerit, ad trecenta; poſterior clauſula non valebit; valebit autem, ſi ita dicat, condemno ad ſolvenda 300. intra annum; quod ſi ſolverit 100. intra 10. dies, tunc à totâ ſummâ erit liberatus. *vid. Ioh. Bapt. d. lib.* 9. *cap.* 16. *verſ. Sed quid de pœna.* Sed quid, ſi arbiter ſit aſſumtus ſuper damno dato, numquid poterit reum negantem condemnare in duplum, ſi fortè convictus erit per adverſarium de mendacio, juxta *l. contra.* 4. *C. de L. Aquil.* Aff. verior eſt. Eadem namque ratio in condemnatione ad duplum, naturæ actionis cohærente, quæ in expenſis & fructibus & ſimilibus acceſſoriis, quæ lite pendente obveniunt. *Ioh. Bapt. d. cap.* 16. *circ fin.*

XLVII.

Extinguitur compromiſſum variis modis. *Specul. d. l. §. excipitur.* 6. *Lanfranc. de arbitr. part.* 5. *num.* 11. in genere, ſi forma compromiſſi non fuerit obſervata, v. g. ſi (1.) arbiter de ea re pronuntiavit, quæ non fuit in compromiſſum deducta. *arg. d. l.* 32. §. 15. *ff. h. t. Lanfranc. d. l part.* 7. *num.* 82. *& ſeqq.* (2.) ſi lapſus ſit terminus compromiſſi. *d. l.* 32. §. 3. *l. quid tamen.* 21. §. *ſi cum dies.* 5. *ff. h. t.* quippe quem absque ſpeciali conceſſione prorogare non poteſt. *l. Labeo.* 25. *pr. d. l.* 32. §. *dies.* 11. *l. arbiter.* 50. *ff. h. t.* multò minus referre. *d. l.* 32. §. *fin. & l. ſeq. ff. h. t. Lanfranc. d. l. part.* 5. *n.* 45. Finito autem compromiſſo arbiter non cogitur novum recipere, niſi ipſe in morâ fuerit. *d. l.* 21. §. 5. *ff. h. t. Ioh. Bapt. lib.* 5. *cap.* 6. in priori autem, ſi dies exitura ſit, & urgeatur à Prætore, ſententiam dicere cogitur, niſi juraverit, ſibi de causâ nondum liquere. *l. Pomponius.* 13. §. *fin. ff. h. t. Ioh. Bapt. d. cap.* 6. *& lib.* 13. *cap.* 2. *num.* 1. Unde apparet, quid ſtatuendum de cautelâ illâ, quam *Cœpolla* dat reis compromittentibus, ut ſcil. actore non advertente, ultimum diem termini exſpectent atque ita urgeant arbitrum, ut ſententiam abſolutoriam ferat, licet actor nihil probaverit. *in cautel.* 93. *al.* 64. *vid. infr. theſ.* 49.

XLVIII.

Prorogatio autem fieri debet intra terminum, ut idem maneat compromiſſum; nam aliàs novum eſt. *arg. l. ſed ſi manente.*

 5. *ff.*

5. *ff. de precar.* Quâ prorogatione factâ manent reliqua, quæ in primo compromiſſo fuerunt adjecta; unde alii quoque fidejuſſores dandi, ſi priores amplius fidejubere noluerint. *d. l. 25. §. 1. & ſeq. ff. h. t.* ſimpliciter autem conceſsâ prorogatione, ſemel tantum terminus prorogari poteſt. *arg. l. boves. 89. §. 31. de V. S. l. eum qui. 41. ff. de V. O. l. ſi tibi. 10. §. ſi quis. 18. ff. de leg. 3. Specul. d. l. §. excipitur. 6. num. 3. verſ. Sed quid ſi fuerit actum:* at ſi pluries, non niſi bis. *arg. l. inter illam. 217. §. 1. ff. de V. S. l. ubi. 12. ff. de teſtib. Lanfranc. d. l. part. 1. num. 45. & ſeqq.* vel ad ſummum ter. *Wurmſ. tit. 3. Obſ. 2. Gothofr. ad l. 1. C. h. t. C. l. A. h. th. 38. Bocer. claſſ. 6. diſp. 37. th. 57.* Neque tamen aliter proferri debet dies, niſi arbiter vel arbitrator id æquum putaverit, ſi np. prorogationes juſtè peti videat, putà ſi negotium intra tempus illud finiri nequeat propter inſtrumenta vel teſtes aut advocatos abſentes &c. *Gl. in d. l. 32. §. 11. ff. h. t.* minimè verò prorogatio fieri debebit, ſi ambo diſſentiant, etiamſi priùs eam permiſerint. *arg. l. arbiter. 33. ff. eod.* Quin imò ſi unus contradixerit, impeditur quidem prorogatio, ipſe tamen in pœnam incidit promiſſi. *Gl. in d. l. 33. in voc. litigatoribus. & in d. §. 11. Hoſtienſ. in ſummâ tit. 44. §. Quid conſtituetur. num. 8. verſ. conſtituitur. Lanfranc. d. part. 1. n. 50.*

## XLIX.

Quid, ſi compromiſſum ſine termino confectum eſt? Si lis conteſtata eſt, inſtantia durabit triennio. *arg. l. properandum. 13. §. 1. C. de judic. Bl. in addit. ad Specul. tit. de arbitro. verſ. Ante litem conteſtatam. Ioh. Bapt. d. lib. 13. cap 2. num. 2.* ſin minus, judex vel coget partes ad ſtatuendum terminum vel permittet arbitrum perpetuò, etiam ultra triennium arbitrari. *arg. l. ſed ſi. 14. ibiq; Gl. ff. h. t. vid. Specul. tit. de arbitr. §. differt. 4. n. 14. verſ. Item. ut intra triennium. Lanfranc. d. part. 5. num. 40. Gothofred. ad l. item. ſi. 17. §. 1. ff. h. tit.* in arbitratore, ſi dies adjectus non eſt, ſunt, qui intra annum arbitramentum finiri putant. *arg. l. fin. §. 1. verſ. cenſemus C. commun. de leg.* ſed verius eſt, poſſe illum ſemper arbitrari, niſi certum tempus à judice præfigatur. *arg. l. Praeſes. 5. de appellat. l. diffamari. 5. C. de ingen. manum. l. ſi finita. 15. in pr. ff. de damn. infect. l. de die. 8. pr. ff. qui ſatisd. cog. Bl. in d. §. 1. C. commun. de leg. & in l. fin. verſ. Quaro ſecundò. C. de contrah.*

*trah.empt. Lanfr.d.l.n.*41. *& ſeqq. Add. Ioh. Bapt. d. cap.* 2. *n.* 3. *& ſeqq. & ſupr. th.*35. Quid, ſi ſententia eadem horâ ſit lata, quâ compromiſſum? ℞. non valere, niſi partibus præſentibus & non reclamantibus. *Lanfranc. d. part.* 5. *n* 45. Nunquam enim arbiter non præſentibus partibus ſententiam pronunciare poterit, niſi id apertè additum in compromiſſo. *l. diem.* 27. §. *ſi quis.* 4. *ff. h. t.* at arbitrator, modò coram partibus cauſam probè examinaverit, *arg. l. fin. C. ſi per vim aut alio mod. vid. ſupr. theſ.* 47. in earum abſentiâ pronuntiare laudum poteſt. *Bl. in d. l. fin. verſ. Tertiò quæro. C. de contrah. empt. & in Addit. ad Specul. de arbitr. verſ. An valeat ſententia. Lanfranc. d. part.* 5. *n.* 18. *& ſeqq.*

L.

(3.) Exſpirat vel nullum eſt arbitrium, ſi alio in loco, quàm ubi compromiſſum factum, vel qui in compromiſſo deſignatus; ſententia proferatur. *l. quid tamen.* 21. §. *ſi arbiter.* 10. *ff. h. t. Specul. de arbitr.* §. *fin. num.* 66. *verſ. De loco autem. Lanfr. d. part.* 5. *num.* 23. *Ioh. Bapt. de arbitr. lib.* 6. *cap.* 3. *& lib.* 9. *cap.* 2. idem eſt, ſi quis in locum inhoneſtum, putà popinam vel lupanarium adeſſe jubeatur. *d. l.* 21. §. *ſed ſi.* 11. *ff. h. t.* Quid tamen, ſi in loco circa urbem litigatores adeſſe juſſerit? ℞. Valere juſſum, modò arbiter ſit ejus autoritatis, ut in ſeceſſibus ſoleat agere, & litigatores facilè eo loci venire poſſint. *d.* §. 10. *in fin.* Unde rectè Dd. locum non ita ſtrictè accipiendum putant, v. g. ut in eadem domo vel camerâ, quâ compromiſſum initum, idem finiatur; ſed ſufficere, ſi fiat intra circuitum Civitatis. *Specul. d.* §. *fin. num.* 66. *verſ. Item quæritur. Lanfranc. d. num.* 23. *in fin.* modò ne fiat in Eccleſiâ. *arg. cap.* 2. *verſ. ceſſent. de immun. Eccleſiar. in* 6. neque in villis Civitati ſubjectis. *arg. d.* §. 10. *Ioh. Bapt. d. lib.* 9. *cap.* 2. Fingamus, locum talem eſſe, ad quem alter abſque turpitudine venire, alter verò minimè poterit: ſi hic venerit, an prior, qui emanſit, tenebitur? Nequaquam. Abſurdum enim, juſſum in alterius perſonâ ratum eſſe, in alterius non item. *d. l.* 21. §. 11. *in fin. ff. h. t.* Ex quo firmant Dd. arbitrium non debere claudicare. *Gl. in l. non diſtinguemus.* 32. §. *ſi ſervus.* 8. *in fin. ff eod. Specul. d. l.* §. *excipitur.* 6. *in pr. &* §. *fin. n.* 84. *Lanfr. d. l. part.* 5. *n.* 46. *& part.* 7. *n.* 110. *Ioh. Bapt. d. cap.* 2. *Gothofr. ad l. Pomponius.* 13. §. 1. *ff. h. t.* Quid ſi locus ob belli calamitates vel peſtem minùs tu-

tus?

tus? Si terminus compromiſſi adeò anguſtus, ut ſpes non ſit, interea locum fore tutum, compromiſſum ſtatim exſpirat. *Ioh. Bapt. d. l. lib. 13. cap. 9. vid. ſup. th. 42. n. 12.*

LI.

(4.) Exſpirat compromiſſum, ſi non ab omnibus arbitris ſententia pronuntietur, reliquis abſentibus. *l. item ſi. 17. §. fin. ibiq; Gothofred. ff. h. t. cap. pen. de ſentent. & re jud. in 6. Fac. l. tunc. 37. ff. de re jud. l. cum Magiſtratus. 4. C. qn. prov. non eſt neceſſ.* etiamſi abſentes poſtmodum ratam habeant. *Specul. d. §. fin. num. 55. verſ. ſed pone, lata eſt ſententia. Br. in quæſtion. de arbitr. num. 12. Lanfranc. d. part. 5. num. 27. & ſeqq. Ioh. Bapt. d. l. lib. 9. cap. 15. n. 24. verſ. Item finge abſentem reverſum.* niſi fortè ea conditio in compromiſſo adſcripta, ut vel unus dicat ſententiam, cæteris abſentibus. *d. l. 32. §. cùm in plures. 13. ff. h. t.* Nam aliàs illi eſſent exſpectandi. *arg. cap. prudentiam. 21. in pr. extr de off. & pot. jud. deleg. Specul. d. §. fin. num. 5. verſ. Sed numquid.* & denuò pronuntiandum. *arg. l. qualem. 19. §. 1. l. quid tamen. 21. ff. h. t. Specul. d. l. num. 83. Ioh. Bapt. d. cap. 15. num. 14. Carpzov. I. F. part. 1. conſt. 1. defin. 14. in fin. add. ſupr. th. 41. num. 6.* Jure Canonico, ſi unus malitioſè abſit, reliqui duo cauſam definire poſſunt. *cap. 2. de arbitr. in 6. Bocer. claſſ. 6. diſp. 37. theſ. 65. lit. b.* Quid ſi unus pronuntiet, reliquis tacentibus? Videtur ſententia non valere. *arg. d. l. 17. §. 1. junct. l. duo. 28. l. Pomponius. 36. l. duo ex tribus. 39. ff. de re jud.* Unde etiam Azonem & alterum quendam Doctorem arbitros electos ſimul ſententiam legiſſe, docet *Specul. d. l. num. 52. verſ. Pone ergò, quod nunc. Ioh. Bapt. d. cap. 15. n. 23.* ubi *id jure civili procedere* putat. Sed hodiè ſufficit, ſi ab uno arbitrorum vel judicum aliis præſentibus & mandantibus ſcripta ſententia recitetur, modò is, qui recitat, non utatur verbis ſingularis numeri, ſed pluralis, putà: *Nos, tales judices vel arbitri, pronunciamus &c. cap. ab uno. 4. de ſentent. & re jud. in 6. Ioh. Andr. in Addit. ad Specul. d. l. Add. Gl. ad l. ſicut. 18. in voc. omnes. ff. h. t. Lanfranc. d. part. 5. num. 12. & ſeq. Ioh. Bapt. d. cap. 15. num. 24.* ubi *Gl. & Dd. ſententiam etiam de jure Civili valere* ait, *ſi omnes ſedeant & unus eorum in manu teneat ſententiam de voluntate omnium confectam & pronuntiet dicendo: Nos, talis & talis &c. nomina arbitrorum nominando &*

*totam*

*totam ſententiam legendo, aliis tacentibus.* Si tamen diſſentiant, quilibet ſententiam dicere jubetur. *Nov.* 125. *cap.* 1. *in fin. Hoſtienſ. in Summâ tit de arbitr.* 44. §. *quid conſtituatur. verſ. Conſtituitur.* quo caſu v. g. duorum ſententia prævalet, etſi tertius refragetur. *arg. d. l.* 17. §. *fin. ff. h. t. junct. d. l.* 36. *ff. de re jud. Specul.* §. *fin. n.* 4. *verſ. Et nota. & num.* 53. *verſ. Sed quid ſi omnes.* Ita, ſi de pluribus controverſiis unus arbiter datus, juxta formam compromiſſi, vel ſimul de omnibus vel ſeparatim pronuntiare poteſt. *arg. l. quid tamen.* 21. *in pr. ff. h. t.* ſi nihil additum, non opus erit unâ ſententiâ de omnibus pronuntiare, ſi modò diverſis temporibus compromiſſum. *arg. l. qualem.* 19. §. 1. *h. t. Gl. in d. l.* 21. *in pr. in voc. ſeparatim & ibi in Addit. Ioh. Baptiſt. d. l. lib.* 9. *cap.* 15. *num.* 11. *& ſeq.* niſi fortè de omnibus utrinque compromittentium cauſis fuit actum, atque illæ in modum reconventionis ſint tractatæ. Nam tùm unâ ſententiâ finiendæ omnes. *arg. l.* 1. §. *fin. ff. quæ ſentent. ſine appellat. cap.* 1. *in fin. ext. de mut. petit. Lanfraanc. d. part.* 5. *n.* 32. *& ſeqq.*

## LII.

Et ſanè, ubi plures arbitri & pari numero electi, ob naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem, utile eſt illis compromiſſo licentiam dari adſumendi tertium eundemque certum aliquem v. g. Titium aut Sejum, non verò quemlibet alium. *l. item ſi.* 17. §. *ſi in duos.* 5. *ff. h. t. Lanfranc. d. part.* 5. *num.* 4. *& ſeqq.* idque vel ſtatim ab initio vel ex poſtfacto. *Ioh. Bapt. de arbitr. lib.* 2. *cap.* 2. *lib.* 3. *cap.* 20. *& lib.* 5. *cap.* 4. Tertius ille ſuperarbiter dicitur. *Gothofr. ad d.* §. 5. Germ. ein Obmann/Drittmann/Dritter. *Vid. Receſſ. Imp. de An.* 1555. §. Und ob ſolcher. 65. *Beſold. in Theſ. Pract. in voc.* Obmann. *ibiq; in Addit. & Spicileg. & ſupr. th.* 20. *&* 26. *in fin.* Quid, ſi in deſignandis ſummis plures arbitri diſſentiant, unus v. g. in 15. alter in 10. tertius in 5. condemnet? Quinque præſtanda erunt, quippe in quam ſummam omnes conſenſerint. *l. diem.* 27. §. 3. *ff. h. t.* etiam ſi proteſtentur, ſe non conſentire in illa. *arg. l. cùm in plures.* 60. §. *locator.* 6 *in fin. ff. locat. Bl. in Add. ad Speculat. de arbitr. verſ. Si quindecim petam. Lanfranc. d. part.* 5. *num.* 24. *Ioh. Bapt. d. l. lib.* 9. *cap.* 15. *num.* 25. *verſ. Rurſus.* Hinc monet *Specul.* ut ſubtilis Advocatus, volens reo favere, ſi fortè videat, duos ex arbitris velle reum in magnâ ſummâ condemnare, componat ſe cum tertio vel uno ex pluri-

bus & faciat, ut ipſe in quinque condemnet. *d. l. §. fin. circ. pr.* Sed contra *cap. 1. de arbitr. in 6.* (quanquam ipſe decretalem illam non viderit) ubi Pontifex, ſi duo in 10. tertius in 5. codemnet, duorum ſententiam prævalere decernit. *Ioh. Andr. in Addit. ad Speculat. d. l. Ioh. Bapt. d. l. lib. 9. cap. 15. num. 25. in pr. ubi per DEVM monet, ne quis fraudibus iſtis ſimilibusq; inhæreat.* Eadem eſt ratio, ſi unus purè in 5. reliqui duo in 10. ad annum condemnent. *Bl. in Addit. ad Specul. d. l.* Quid ſi unus condemnet, alter definitivè abſolvat, tertius ab inſtantia? In poſtremam ſententiam omnes videntur convenire. *Lanfranc. d. part 5. num. 25.* Idem dicendum, ſi ex tribus arbitris duo condemnent ad pecuniam intra annum, tertius intra biennium dandam. Nam in unum annum omnes conveniunt. *Specul. in d. §. fin. num. 3. verſ. Sed quid ſi arbitri, ibiq; Ioh. Andr. in Addit. Lanfranc. d. l. num. 26.* Minimè verò, ſi unus in 10. intra menſem, alter in 8. intra duos menſes, tertius in 5. intra tres menſes condemnet. Etſi enim in unum menſem omnes conveniant, tamen alia ratio circa ſummam; unde ſententiam iſtiusmodi non valere ſtatuit *Ioh. Andr. d. l.* Sed annon convenientia quoque in 5.? Contrarium itaque dicendum, modò in ipſa cauſæ qualitate ſit conſonantia. Nam ſi circa æquitatem cauſæ diſſentiant, v. g. ſi alter pro libri pretio 10. promiſſa, alter 5. dicat; tunc locus erit electioni tertii. *Bl. in addit. ad Speculat. d. l.* Tertius ille, ſi arbitri poteſtatem eligendi non habeant, ut eligatur, à Magiſtratu cogi poſſunt. *d. l. item ſi. 17. §. pen. ff. h. t. cap. ſpeciali. 61. pr. ext. de appellat. cap. ſuſpicionis. 39. ext. de offic. & poteſt. jud. deleg. Ioh. Bapt. lib. 5. cap. 17.* qui tenebitur demandatum officium ſubire. *arg. l. ſancimus. 6. C. de advoc. diverſ. jud. Specul. de arbitr. §. fin. num. 19. verſ. Sed numquid iſte tertius. Ioh. Bapt. d. lib. 5. cap. 4.* propriè tamen non eſt arbiter, cùm reliqui duo juxta ejus conſilium in ſcriptis datum pronuntiare teneantur. *Specul. d. l. Ioh. Baptiſt. d. l. Wurmſer. tit. 3. Obſ. 5.* Quòd ſi poſtea duo priores concordent, ipſe diſſentiat, ſunt quidem, qui hujus autoritati ſtandum eſſe putant. *Gl. in d. §. pen. Specul. d. l.* ſed verius eſt, id aliter non procedere, quàm ſi alteruter aſſentiatur. *arg. d. cap. 61. verſ. Statuimus. ext. de appellat. Lanfranc. d. part. 5. n. 6.* Diſcordantibus autem duobus, ipſe ſententiam feret tertiam, quæ prævalebit. *arg. d. l. 17. §. pen. ff. h. t. l. in offerendis. 37. verſ. Sin verò, C. de appellat. Bl.*

*in Addit. ad Specul. de arbitr. verſ. Tertius arbiter. Fac. O.C.part.2. tit. 4. §.11. Dn. Blum.in Proceſſ. Camer.tit.2.th.130.*

LIII.

Exſtinguitur quoque compromiſſum ex perſonâ arbitri, (1.) ſi moriatur. *l. non diſtinguemus.32. §.3. l. arbiter.40. l. in compromiſſis. 45. ff. h. t. l. ſi quis. 43. ff. de V. O.* niſi id actum, ut hæredes quoque arbitri eſſent. *Specul. d. l. §. excipitur. 6. n. 2. verſ. Quid ſi actum. Lanfranc. part. 5. n. 7.* Quin imò, ſi unus ex pluribus deceſſerit, exſpirat arbitrium. *cap. præſentata.50.verſ.* Unde.*ext. de teſtib. Gl. in d. l. item ſi. 17. §. 2. in voc. aut omnes. ff. h. t. Lanfranc. d. part. 5. n.48* niſi fortè ea conditio compromiſſo adjecta, ut reliqui nihilominus arbitrari queant. *arg. d. l. 32. §. cùm in plures. 13. ff. h. t. Ioh. Bapt. d. l. lib. 13.cap. 6. in med.* (2.) ſi unus ex arbitris incapax reddatur, v. g. ſi ſervus ſit factus aut deportatus vel furioſus, ſurdus, mutus &c. *l. Pedius. 7. pr. & §.1. l. ſed & ſi. 9. pr. l. ſi compromiſſum. 47. in fin.& l. ſeq. ff. h. t. fac. l. verum eſt.63. §. fin ff. pro ſoc. Lanfranc. d. l. num. 54.* aut ſacerdos. *d.l.32. §. ſacerdotio. 4. ff.h.t.* niſi denuò ſuſcipiat. *d.§.4. Lanfranc. n. 42. & ſeq.* vel judex. *d. l. 9. § 2. Lanfranc. d. l. part. 1. n. 16. & ſeq. vid. ſupr. theſ. 15.* aut ſuperior Magiſtratus vel pari imperio, etiamſi iterum arbitrium recipiat. *l. 3. in fin. & ſeq. ff. h. t. Lanfr. d. l. part. 5. n. 53.* Quid, ſi compromiſſum in aliquem collatum ſit ſub modo dignitatis, an pertinebit ad ſucceſſorem? Neg. *per d.l. 45. ff.h.t.l. cujus bonis. 9. ff. de curat.furioſ.l. qui liberis. 8 §. 1. ff de vulg. & pup. ſubſtit. Vid Bl. ad l. fin. §. 1. C. commun. de leg. verſ. Nota, quod poteſtas arbitri. Lanfranc. d. part. 5. num. 49. Ioh. Bapt. d. lib. 13. cap. 6. in fin.* (3.) ſi ſordes atque turpitudo arbitri manifeſta. *d. l. 9. §. 3. ff. h. t. l. 3. C. eod.* v. g. ſi accepit pecuniam, ut pronunciaret. *Specul. in tit. de arbitr. §. excipitur. 6. n. 4. verſ. Item quod ejus. Ioh. Bapt. d. l. cap. 10. vid. ſupr. th. 10. in fin.* (4.) & tandem in genere ob incommodam valetudinem, occupationem negotiorum propriorum, profectionem urgentem, munus aliquod Reip. & ſimilia. *l. licet. 15. ff. h. t. Ioh. Bapt. d. lib. 13. cap. 6. in pr. & cap. 16. Bocer. claſſ. 6. diſp. 37. th. 46.*

LIV.

Ex perſonâ litigantium itidem evaneſcit compromiſſum (1.) morte alterutrius. *d. l. 32. §. 3. l. ſed & 49. §. 2. ff. h. t.* antequam ſc. ſententia ſit lata. *Lanfr. d. part. 5. n. 47.* niſi apertè quo-

que mentio hæredis facta. l. diem. 27. §. 1. d. l. 32. §. & ſi. 10. cap. fin. ext. de arbitr. & quidem utriusque. Nam ſi tantùm ab unâ parte id fiat, ejus ratio non habetur. d. §. 2. ne ſcil. arbitria claudicent. vid. ſup. th. 50. in fin. Lanfranc. d. part. 5. n. 46. ſi tamen plures ſint compromittentes, neque mentio facta hæredum, durat compromiſſum reſpectu reliquorum, modò res ſit dividua. arg. l. 3. C. commun. divid. l. ſcire. 29. pr. ff. de V. O. l. ſi plures. 34. ff. de injur. Ioh. Andr. in Addit. ad Specul. tit. de arbitris. §. finitur. 5. in pr. Ioh. Bapt. d. lib. 13. cap. 7. in med. Alia ratio in judicio, quippe quod litigatore mortuo transfertur ad hæredes. l. ſi is. 34. ff. de judic. C. I. A. h. th. 40. uti quoque in arbitramentis, ſi nempe ſuper contractu ſint inita. arg. l. ſi pactum. 9. ff. de prob. Specul. d. §. num. 3. verſ. Sed numquid arbitratus. Add. Ioh. Bapt. d. cap. 7. in pr. & ſupr. th. 28. in fin. Ita non finitur arbitrium, ſi per Prælatum Eccleſiæ nomine ſit compromiſſum; nam tùm ad ſucceſſorem dignitatis tranſit. cap. præſentata. 50. in pr. ibiq; Canoniſtæ. ext. de teſtib. Specul. d. l. num. 4. verſ. Quid ſi Prælatus. Ioh. Bapt. d. cap. 7. in fin. uti addit, non finiri compromiſſum, quod factum ſit à Collegio, in quo fortè fuerint 10. & poſtmodùm 7. vel 8. moriantur. arg. l. proponebatur. 75. ff. de judic. (2.) ſi unus ex litigatoribus abſit, quando ſententia dicitur; niſi aliter compromiſſo ſit cautum. l. diem. 27. §. ſi quis. 4. l. inter. 44. ff. h. t. modò legitimè ab arbitro per nuntium vel epiſtolam adeſſe ſit juſſus. l. ſed &. 49. ff. h. t. &, ſi litigans pupillus, tutor ſit præſens. d. l. 27. §. coram. 5. l. ſi compromiſſum. 47. & ſeqq. ff. eod. Bocer. claſſ. 6. diſp. 37. th. 66. & ſeq. vid. ſup. th. 41. in fin. Finitur quoq; (3.) compromiſſum, ſi unus ex litigatoribus bonis cedat, atque ita neque agere neque conveniri ampliùs poſſit. l. item ſi. 17. in pr. ibiq; Gl. ff. h. t. qua in re arbitria quoque à judiciis differunt. arg. §. fin. Inſt. de action. C. I. A. h. th. 42. Idem dicendum, ſi unus ex compromittentibus fuerit deportatus, aut ejus bona confiſcata. arg. l. verum eſt. 63. §. fin. ff. pro ſoc. Ioh. Bapt. lib. 13. cap. 11. aut aliàs inhabilis factus. Id. lib. 13. cap. 15.

LV.

(4.) ſi arbitrum infamaverint litigatores. l. ſed et ſi. 9. §. 4. l. licet. 15. pr. Ioh. Bapt. d. lib. 13. cap 17. ſi ſpretâ ejus autoritate ad judicem vel ad alium arbitrum iverint. d. §. 5. & ſeqq. ff. h. t. imò ſi unus ex litigatoribus rem poſtea in judicium deducat; quanquam ipſe in pœnam propterea incidat ob temerariam il-

lam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384384-p0048-9

lam pœnitentiam. *l. ſi quis. 30. ff. h. t. Lanfr. d. part. 5. n. 50. & ſeqq. vid. ſup. th. 22.* ſi inimicitiæ capitales inter eum & litigatores interceſſerint. *d. l. 15.* v. g. ſi invicem cominati ſint mortem vel judicium capitale intentaverint. *Gl. in d. l. in voc. capitales. Lanfr. d. l. n. 53.* modò illæ inimicitiæ poſt compromiſſum, non autem poſt ſententiam profectæ. *arg. l. diem. 27. §. 2. ff. h. t. l. ſi pariter. 9. in fin. pr. ff. de liber. cauſ. Gl. ad d. l. 32. §. cum quidam. 14. in voc. ex aliis cauſis. ff. h. t. Ioh. Bapt. d. lib. 15. cap. 17.* Si tamen nihilominus arbiter ſpretâ proteſtatione ſententiam ferat, læſus doli mali exceptione tutus erit. *d. l. 32. §. 14. ibiq; Gothofr. l. 3. C. eod.* Quod de inimicitiâ dictum, idem tenendum de ſuperveniente amicitiâ. *arg. l. humanitatis. 23. C. de excuſ. tut. Specul. d. l. §. excipitur. 6. num. 4. verſ. Sed numquid excuſabitur. ibiq; Ioh. Andr. in Addit. Ioh. Bapt. d. cap. 17.* (5.) ſi pacto vel acceptilatione juribus ſuis renunciaverint. *d. l. 32. §. 3. ff. h. t.* vel de negotio tranſegerint. *d. l. 32. §. item ſi. 5.* imò ſi alteri pœna acceptò ſit lata. *l. Pomponius. 13. pr. ff. h. t.* multò magis ergò, ſi alter pœnam ſolvat. *arg. l. 1. C. h. t. d. l. 32. §. 1. ff. eod. Lanfranc. d. part. 5. num. 51.* aut ſi pœna nulla adjecta, id, quod intereſt. *P. Iacob. de arbitr. n. 3.* Tandem finitur compromiſſum non ſolùm ſententiâ dictâ, per condemnationem ſcilicet vel abſolutionem. *l. qualem. 19. ibiq; Gothofred. ff. h. t.* ſed etiam rei controverſæ interitu. *d. l. 32. §. 5.* niſi fortè litigantium interſit, ut nihilominùs ſententia feratur. *d. §. 5.* v. g. propter fructus vel partus, aut ſuper æſtimatione. *arg. l. utiq; 16. ff. de R. V. Gl. in d. §. 5. Ioh. Bapt. d. lib. 13. cap. 8. C. I. A. h. th. 40. Bocer. claſs. 6. diſp. 37. th. 37.* Quid ſi, v. g. de animali vel ſervo ſit compromiſſum, isque damnum dederit? ℞. ſi is noxæ jam deditus, expirat compromiſſum, cùm res ampliùs ad litigantes non pertineat, atque ita laudum foret ſfruſtratorium, contra *l. litigatores. 11. § fin. l. ſi quis rem. 30. in fin. ibiq; Gothofred. ff. h. t. Ioh. Bapt. d. lib 13. cap. 12.*

*Ne charta vacua ſit, adjiciamus affinia quædam Corollaria.*

I. Inter Bononienſes & Mutinenſes lis fuit de viginti millibus florenorum, quæ utrinque petebant. Inſertum compromiſſo, *ut, niſi Mutinenſes intra 3. menſes agerent, & Bononienſes intra eosdem peragerent, caderent causâ.* Illi lite conteſtatâ poſt lapſos 3. menſes exceperunt contra Bononienſes, quòd compromiſſo minimè ſatisfeciſſent, & obtinuerunt. An rectè? *Aff.*

II. Ro-

II. Romani inter Nolanos & Neapolitanos finium regundorum arbitri electi cùm utriſque ſeparatim monuiſſent, ut omiſsâ cupiditate regredi modo controverſo, quàm progredi mallent, illique autoritate arbitrantium moti paruiſſent, aliquantum vacui agri in medio relictum ſibi adjudicarunt. An rectè? *Neg.*

III. T. promiſit rivum meum purgare, meo arbitrio; ipſe eundem vendo S. Quæritur, an arbitrium illud tranſeat ad emtorem? *Neg.*

IV. Fingamus, inter hæredem & creditorem factum eſſe compromiſſum; illo pendente, reſtitutionem hæreditatis ab hærede præſtandam; an durabit in fideicommiſſario? *Neg.*

V. Plures arbitri electi omnes ſimul de causâ diſceptant, unus, quem reliqui in ſententiam pertrahere non poterunt, ſecedit, dum reliqui pronuntiant. Q. an valeat ſententia? *Neg.*

VI. Datus eſt arbitrator in causâ dotis, intra menſem finiendâ, qui ultimo die laudum pronuntiat reo abſente? Q. an rectè? *Aff.* An idem, ſi die penultimo? *Neg.*

VII. Compromiſerunt fratres in communem amicum ſub certâ pœnâ; qui cùm ſententiam dixiſſet, & procedente tempore victor urgeret paritionem, alter renuit. Tùm victor pœnam perſecutus eſt coram Ordinario, qui refractarium causâ cognitâ condemnavit. Hic provocavit ad Superiorem. Q. an rectè? *Aff.*

*Ad Nobiliſsimum & Clariſsimum*

DN. JOH. GEORGIUM CASPAREM,

*De*

ARBITRIS

*feliciter diſputantem.*

A*Rbitrii* res eſt ſolidi componere lites,
ne quis duritiem carpere jure queat.
Provide *mi Caſpar*, Tu diſcutis *Arbitrorum*
*lauda*, nec incertas quæris avarus opes.
*Lauda* parant *laudem.* Rerum DEUS *arbiter*, omni
Te modò *laudatum* proſperitate beet!
Quò Patriæ quondam poſſis prodeſſe ſaluti
& *laudi* ac *laudum* fructibus ipſe frui!

*Ita gratulabundus ex animo vovet*
PRAESES.

D*E lite, quæ per arbitrum componitur,*
*Dum diſputas, Amice Dilectiſsime.*
*En! ipſe litem ſuſcitas acerrimam,*
*Non aptiorem quæ requirit arbitrum,*
*Ampliſsimum quàm* Præſidem Stöckenium.

Ita Nobil. ac Præcellenti Dn. Reſpondenti commenſali ſuo ſuaviſſimo applaudit amica manus
Joh. Danielis Imlin, J. U. Ddi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384384-p0051-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384384-p0052-1

Strassburg, Diss., 1672

X 2611019

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384384-p0053-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384384-p0054-2

G. 30. num. 22. XXXIX. Aa. 28.
12

V.

JURIDICA

1672, 11.

TRIS,

n

NTE GRATIA

ESIDIO

DI von Stöckken

onum Imperial.

P.

is ſui pl. obſervandi,

ORATENSIUM

ITATE

defendet

IS CASPAR,

ſis,

ecemb.

.C.

LXXII.

---

RATI,

ISWELPERI.

KŒNFRIED UNIVERS. ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384384-p0055-8